ctus ſic geminantur voces ſignificantes. Iam indicant vehementiam appetitus, & inſatietatem animi trucis: ut *Crucifige, crucifige*. Luc. 23. 21. *Affer, affer*. Prov. 30. 15. *Exinanite, exinanite*. Pſalm. 136. 7. Iam odij, amoris, audaciæ, ſocordiæ, vitiorum, aut virtutum paſsiones, vel cordis impulſus. *Tolle, tolle*. Ioann. 19. 15. *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens*. Geneſ. 49. 22. *Veni de Libano, veni*. Cantic. 4. 8. Sic dolor exprimitur. Ezech. 7. 2. *Finis venit, venit finis*: & Matth. 25. 11. *Domine, Domine aperi nobis*. Complacentia, & gaudium: *Ecce tu pulchra es, ecce tu pulchra es*. Cant. 1. 15. *Cecidit, cecidit Babylon*. Apoc. 18. 2. Infelicitas: *Væ, væ*. Ibid. 8. 15. *Gladius, gladius*. Ezech. 21. 9. Aliquando Epizeuxis irriſionem indicat: ut *Euge, euge*. Pſalm. 34. 21. 39. 16. & Ezech. 25. 3. Sæpe teſtificationem: *Altare, altare*. 3. Reg. 13. 2. *Eloquia Domini, eloquia caſta*. Pſalm. 11. 7. Celeritatem: *Manè, manè*. Sophon. 3. 5. Timorem: *Terra, terra*. Ierem. 22. 29. *Recedite, recedite*. Iſai. 51. 11. Denuò excellentiam, admirationem, atque præſtantiam: *Propter me, propter me*. Ibid. 48. 11. *Revertere, revertere*. Cant. 6. 12. Interdùm eventum non præviſum: *Mucro, mucro*. Ezech. 21. 28. Nonnunquàm conſolationem: *Surge, ſurge*. Iudic. 5. 12. Iſai. 40. 1. & 51. 7. 9. Sæpenumerò obedientiam: *Ecce ego, ecce ego*. Iſai. 65. 1. Ierem. 7. 11. Denique ſolicitudinem, & deſiderium: *Quæſivi, quæſivi*. Cant. 3. 1. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus*. Pſalm. 66. 7. Ad hos ferè ſenſus reducuntur geminationum in Scriptura: pauca ſubſcripſi, quia propemodùm infinita teſtimonia remanent. Sic etiam apud Profanos: Claudian. in *Gigantom*. v. 24. *Glacies, glacies*. Plaut. in *Curcul*. Act. 1. Scen. 1. v. 7. *Tandem, tandem*. Virgil. lib. 2. *Æneid*. v. 644. *Sic, ò ſic*. Catull. *Epigr*. 42. *Illa, illa puella*. & *Epigram*. 74. *Tædet, tædet*. Senec. in *Troad*. Act. 4. v. 1005. *Accidat, accidat*. Ibid. *Maculate, maculate. Semper ab ſemper*. & Horat. lib. 1. *Carm*. Od. 22. v. 23. *Dulce, dulce*. Prætermitto SS. PP. teſtimonia inſignia, quia uſquequaque obvia.

Effectus diverſitas per Epizeuſim.

Claud. & alij.

3 Si in re, qua unuſquiſque ſuo ſenſu abundat, licèt etiam parvulis abundare ſenſu; videor mihi videre in Epizeuſi harum, & id genus auctoritatũ, vim quæ apud Nos ſunt, Interiectionum: igitur illis plus ſignificamus, quàm dicimus, ut gementes *Hei*, dolentes *Oh*, exultantes *Evax*, inſultantes *Vah*, illudentes *Hui*, mirantes *Papæ*, affirmantes *Aba*, concedentes *Phi*, abnuentes *Hoi*, minantes *Væ*, impellentes *Au*, caſtigantes *Hem*, & ſilentium indicentes proferimus *St*. Quod quidem quàm congruum, ex eò apparet, quòd interiectione loco geminationis ſuppoſita, clareſcat cogitationis intentum: v.g. *Cecidit, cecidit Babylon*. idem eſt, ac ſi dixeris: *Evax, cecidit Babylon*. *Surge, ſurge*: *Au ſurge*. *Gladius, gladius*: *Hei gladius*, *Mucro, mucro*: *Hem mucro*. *Tolle, tolle*: *Oh tolle*. Et ſic alia.

Expoſitio Palilogiarum.

Primò.

Geminatio pro interiectione.

4 Si diſplicet modus, exponi etiam poſſunt huiuſmodi geminationes per Adverbia. Ut *Quæſivi, quæſivi*: iterùm quæſivi. *Surge, ſurge*: eia ſurge. *Crucifige, crucifige*: ſtatim crucifige. *Affer, affer*: citò affer. *Gladius, gladius*: ecce gladius. *Finis venit, venit finis*: certè venit. *Veni de Libano, veni*: quamprimùm veni. Ex his, & alijs teſtimonijs liquet: igitur Iſai. 48. 15. dicitur: *Ego, ego*. & cap. 8. *Ecce ego*. Quod in Sacra pagina crebrò: 2. Cor. 9. 8. *Potens eſt autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis*: ideſt, abundanter facere. Iob 27. 1. *Addit loqui*: hoc eſt, iterùm locutus eſt. Deuteron. 12. 18. *Lætaberis, & reficieris*: idem, ac iucundè comedes. Iſai. 64. 5. *Occurriſti lætanti, & facienti iuſtitiam*: ly *Lætanti*, pro lætanter facienti. Pſalm. 77. 41. *Converſi ſunt, & tentaverunt Deum*: hoc eſt, *Iterùm tentaverunt*. Sic exponere geminationes ad Epizeuxim ſpectantes, aſſentio: cæterùm ad geminationes, Tautologias eformantes, extendi poſſe expoſitionem per adverbia (licèt in aliquibus aptè, & percommodè cadat) iurè refragor; ut ex dicendis actutùm, perſpicuè conſtabit. Pro quo.

Secundò.

Pro Adverbijs.

5 Apud Hebræos, cùm Superlativis careant; mos eſt, illa explicare Palilogià, ſeu geminatione. *Sanctus, Sanctus*: pro re ſanctiſsima. Idem, *Sancta Sanctorum*. *Gaudium, & lætitiam*. Pſalm. 50. 10. *Gaudium, & exultationem*. Iſai. 51. 11. hoc eſt, ſummum gaudium. *Famem, & eſuriem*. Deut. 28. 20. idem ſonat, ac extremam, & urentem famem. *Subſannationem, & deriſum*. Pſalm. 48. 14. hoc eſt, ſummum ludibrium. *Vepres, & ſpinæ*. Iſai. 5. 6. multæ ſpinæ. *Inops, & pauper*: *inopem, & mendicum*. Pſalm. 85. 1. & 108. 16. ideſt, pauperrimus. *Triſtis, & mœrens*. Iſai. 29. 2. Triſtis valdè. Eodem ſenſu Matth. 26. 37. & 1. Cor. 2. 3. *In timore, & tremore*, hoc eſt, mactè, vel ſupramodùm conturbatus. Plautus in *Moſtellar*. Act. 1. Scen. 3. v. 5. & 7. *Venus venuſta*. *Amor, & Cupido*: q.d. ſumma pulchritudo, vehemens amor. Sic apud Sacros, & Ethnicos innumera.

Voces geminatæ pro Superlativo.

6 Si vero genitivus eiuſdem nominis, vel

vel equivalentis nominativum ſubſequatur; idem iudicandum eſt: nimirùm, vocem illam iterari, ut geminatio pro ſuperlativo ſufficiatur. *Rex regum, & Dominus dominantiũ*; *Dominator Dominus*. 1. Tim. 6. 14. Apocal. 19. 16. & Iudæ v. 4. q. d. Supremus Rex, & Dominus. Sic *Deus deorum*. Pſal. 49. 1. *Cœli cœlorum*. Pſal. 148. 4. *Locuſtæ locuſtarum*. Nah. 3. 17. *Vanitas vanitatum*. Eccle. 1. 1. id. ac ſummus Deus, ſupremum cœlum, multæ locuſtæ, vaniſsima omnia. *In ira furoris*. 1. Reg. 20. 34. id. in graviſsima ira, & furore maximo. *De limo terræ*. Gen. 2. 7. id. de puriſſima terra. *De luto fæcis*. Pſalm. 39. 3. id. de copioſo luto. *Pſalmus cantici*, titul. Pſalm. 107. ſcilicèt, præſtantiſsimus Pſalmus. Hoc igitur ſtylo utuntur vel Profani. Plaut. in *Stbic*. Act. 1. Scen. 2. v. 69. *Ingenium ingenij*. Hoc eſt, ſummum ingenium: ſicut in *Ciſtellar*. Act. 2. Scen. 1. v. 7. *Ita mihi omnia ingenia ſunt*. Quod cum Epitaſi iterat in *Curcul*. Act. 3. v. 18. dicens: *Reliquias reliquiarum*. Ideſt, reliquiarum optima & ſelecta. Seneca in *Agamemn*. Act. 1. v. 39. *Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum*. Et Auſonius in *Epitaph*. 1.

Nominativus cũ genitivo pro ſuperlativo.

Plaut.

Senec.

Rex regum Atriaes fraterna coniugis ultor.

Auſon.

Sacri etiam PP. Euchariſtiam extollunt *Teletenteleton*, ideſt *Gratiam gratiarum*, pro præſtantiſsima gratia. Et Gregorius Nazianz. *Serm*. 1. de Paſchate: *Hæc nobis feſtivitatum feſtivitas, & celebritatum celebritas*: pro ſumma celebritate, & feſtivitate celeberrima. Quod apud Latinos frequenter. Plaut. in *Amphitr*. Act. 1. Scen. 1. v. 91. *Copias* (ait) *iurè iniuſtas*: ideſt, iniuſtiſsimas: uti notant Meurſius, Gilb. Longius, & Taubmann.

Greg. Naziáz

7 Aliter ſe habet Palilogia, modò eodem in caſu geminationes inveniantur, quod quidem in Scriptura paſsim oculis teritur: tumque ad *Epizeuxim* poſſunt pertinere, vel ad *Meriſmos*: ideſt, diſtributionem. *Per partes & partes*. Ezech. 24. 6. *Per portam, & portam*. 2. Paralip. 8. 14. *In omni menſe & menſe*. 1. Machab. 1. 61. *Populi, & populi*. Ioel. 3. 14. *Pondus & pondus, menſura & menſura*. Proverb. 20. 10. *Tribus tribus*. Pſal. 121. 4. *Homo & homo*. Pſal. 86. 5. & Ezech. 14. 4. 7. *Per gentes, & gentes*: *per domos & domos*; *generationes, & generationes* (quod interdum in Biblijs) ſi per *Meriſmum* exponuntur, idem intelligere debemus, ac *Singulæ gentes, partes, portæ, generationes, homines*, &c.

Epizeuſis Meriſmos.

Geminationes eodẽ in caſu diſtributionẽ ſonant.

Si per *Epizeuſim*, univerſitas tunc, multitudove ſignificatur. *Homo & homo*, ideſt, multi homines. *Populus & populus*, multus populus. *Gens, & gens*, multæ gentes. *Lingua, & lingua*, omnis lingua. *Unus, & unus*, ideſt, omnes ad unum, vel ſinguli in unum. *Per gentes, & gentes, partes, portas, domos, generationes*, &c. nempe, per multas, aut omnes gentes, partes, portas, &c. Aſtruitur manifeſtò ex Hebræo idiomate: igitur ubi Vulgatâ, Iſai. 25. 7. *Faciem vinculi colligati*: Hebr. *Vinculum vinculum*. Ubi *Multos puteos vituminis*. Gen. 14. 10. Hebr. *Puteos, puteos*. Exod. 8. 14. *Congregaverunt ranas in immenſos aggeres*. Hebr. *Acervos, acervos*. Pſalm. 71. 15. *Tota die benedicent ei*. Hebr. *Dies & dies*. Denique: ubi *Benedictus Dominus die quotidie* (quo circa garriunt obſtrepentes Calvinus, & Hunnius) uti vertit Doctor maximus *Pſal*. 67. 20. Hebr. *Die, & die*. Ex quo apertè conſtat, huiuſmodi teſtimonia, per *Epizeuſim* prout univerſitatem ſignificant; vel per *Meriſmum*, ſi diſtributionem, debere intelligi. At verò ſi ſine coniunctione fit geminatio, ut *Vos vos*: *Ego ego*: *Tu tu*: idem eſt, ac *Voſipſi*, *Egoipſe*, *Tutemet*: ut patet pluribus locis ſacris. Pro Profanis, conſule Deſider. Heraldum, Muretum, & Taubmann. in *Stbic*. Plaut. Act. 1. Scen. 2. v. 63.

Vel univerſitatẽ

8 Geminatio autem vocum, dum utrumque genus amplectuntur, eſt Hebraiſmus, quo univerſitas deſcribitur: apud Noſtrates etiam vulgare. *Cantores, & cantatrices*. Ezech. 2. 8. Ideſt, omnium muſicorum & muſicæ genus. *Filios & filias*, Geneſeos cap. 5. toties inculcatum: videlicèt, numeroſam prolem. *Provocaverunt eum filij ſui, & filiæ*. Deut. 32. 19. hoc eſt, omnes. *Vox ſponſi, & vox ſponſæ*. Id. univerſus plauſus, & apparatus nuptiarum. Sic ne plura ſubſcribere, tædio ſit, intelligitur Iſaias *cap*. 43. 6. *cap*. 49. 23. & 60. 4. & illud Samuelis 1. *Reg*. 7. 3. ubi, *Auferte Baälim, & Aſtaroth*. Per *Aſtaroth* Deæ, Dij per *Baalim* intelliguntur: dicere ergò auferenda idola Baälim, & Aſtaroth; idem eſt, ac univerſos Deos abijciendos eſſe, & ſimulachra proterenda, plodenda, & proculcanda.

Geminatio maſculini et fœmenini generis univerſitatẽ ſignificat.

9 Interdum Hebræi vel propter vocum inopiam, vel propter Epitaſim, voce nominis explicant verbum, & voce verbi nomen. Etiam Latini adiungunt verbis nomina, rem verbi ſignificantia. *Ut vivo vitam*: *ambulo viam*: *eo iter*: *pecco peccatum*: *pugno pugnam*: *ſervio ſervitutem*: *doleo dolorem*: *nocere noxam*: *ſequi ſectam*: *cœnare cœnam*: *metuere metum*: *inſanire inſaniam*: *ridere riſum*: *cogitare cogitationem*: *donare donum*: & alia plura, quæ congeſſerunt Budæus in *Comm. Græc. Ling*. Conr. Ritterſhuſius in

Idiotiſmi Biblici in verbis.

Comm. Oppian. lib. 4. Fulviuſque Urſinus in *Æneid.* Virgil. & hæc omnia, quia nullum arbitrabantur verbum neutrum. Sed præ omnibus, his geminationibus abundat Plautus, ut legenti conſtabit: & Ovid. *Eleg.* de *Philomel.* ſæpiùs inculcat. Hi profectò modi loquendi vernaculæ linguæ idiotiſmi poſſunt dici: frequenterque (etſi in alijs interdùm) in verbis *Dico, Facio, Do*, & *Habeo* reperiuntur.

Dico.

In *Dico*: *Blaſphemaverit blaſphemià.* Marc. 3. 28. *Murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis.* Exod. 16. 8. *Cantabimus canticum.* Pſalm. 136. 4. *Laudaverunt laudem.* Pſalm. 105. 12. *Ad excuſandas excuſationes.* Pſalm. 140. 4. & ſic alia. Ad *Facio*: *Sacrificate ſacrificium.* Pſalm. 3. 6. 106. 22. & Ierem. 44. 21. *Deprecationem, qua deprecatus es coram me.* 3. Reg. 9. 3. 7. Paralip. 6. 21. & 2. Eſdr. 1. 6. *Peccatis, quæ peccaverant.* 3. Reg. 14. 21. & 4. Reg. 21. 17. Rom. 7. 13. & Thren. 1. 8. *Pactum, quod pepigit: teſtificationes quibus conteſtatus.* 4. Reg. 17. 15. *Retribuet retributionem.* Pſalm. 136. 8. 2. Theſſal. 1. 6. Eccli. 17. 19. *Qui petierit petitionem.* Daniel. 6. 7. *Vindicaverunt vindictam.* 1. Mach. 9. 42. *Promiſſa, quæ promiſit.* Ibid. cap. 10. 15. *Exterminij, quod exterminaſtis.* Cap. 15. 31. *Theſaurizate theſauros.* Matth 6. 19. 20. *Votum vovit.* Geneſ. 28. 20. *Iuſiurandum, quod iuravit.* Luc. 1. 73. *Rapientem rapinas.* Ezech. 18. 12. Ad verbum *Facio* etiam reduci poſſunt modi dicendi in *Sacrifico*: ut *Libabitis libamina* millies in Scriptura repetitum.

Facio.

Habeo.

Ad *Habeo. Concupierunt concupiſcentiam.* Pſalm. 105. 14. *Somnia ſomniabunt: viſiones videbunt.* Ioel. 2. 28. Actor. 2. 18. *Labores, quos laboraverunt.* 1. Mach. 10. 15. *Poſſidebo poſſeſſionem.* Eccli. 51. 29.

Ad verbum *Do*: *Benedictione, qua benedixerat.* Geneſ. 27. 41. *Conſolatione, qua conſolatus.* 2. Cor. 7. 7. ſic alia. Multoties teſtimonia intelligi poſſunt in quovis præfatorum verbo. v. g. *Nolite theſaurizare theſauros in terra*, poteſt exprimi, aut percipi, & *Facere*, & *Habere.* Alijs igitur teſtimonijs propter intelligentiam perſpicuam, & expoſitionem parco.

Eorum expoſitio.

10 Percipientur proclivè hi modi dicendi, modò lecturo conſtet uſus Hebræi ſermonis, quo actio ponitur pro obiecto, vel pro materia actionis. Unde, *Si cuſtodiam meam cuſtodieris.* Zachar. 3. 9. idem erit, ac mandata, quæ debent cuſtodiri. *Timorem eius ne timeatis.* Iſai. 8. 12. ideſt, bellicos apparatus. *Laudaverunt laudem eius.* Pſalm. 105. 12. ideſt, eius mirabilia. *Confundantur confuſione.* Iſai. 42. 17. ideſt, peccato. *Sacrificate ſacrificium.* Ideſt, victimam. *Libate libamina.* Ideſt, liquores. *Plantationem plantabunt.* Ideſt, arbores. *Ulciſcar ultionem.* Ideſt, iniuriam. *Vidi viſionem.* Ideſt, imaginem. *Audivi auditionem.* Ideſt, verbum. *Odoratus eſt Dominus odorem.* Ideſt, nidorem victimæ.

Cur huiuſmodi geminationes nõ ſint tautologiæ?

11 Huiuſmodi teſtimonia (etſi aliqua ſeligantur potiùs ut illuſtrent, quàm ut illuſtrentur, ut videri licet in *Apparatu prodrom.* quia ſi Tautologia eſt idem ſub eodem; non ſunt idem) nequeunt habere rationem Tautologiarum. Primò propter uſum idiomatis, quo actio intelligitur per ſubiectum, & ſubiectum per actionem: quæ quidem ſignificat, & mutuò ſignificatur. Significat, dum concretum intelligitur per abſtractum: & ſignificatur, ubi abſtractum intelligitur per concretum; etenim in Biblijs haud novum. *Quandoquidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians.* 2. Cor. 5. 15. *Deus*, ideſt, *Deitas.* Eccum concretum pro abſtracto. Et Exod. 8. 28. *Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino?* nimirùm, *Rex abominabiles*: ubi abſtractum pro concreto. Hac interpretatione genuinè exponuntur teſtimonia ſuprà memorata: cùm ſic habeant apud peritos (licèt nomen, & verbum ſonent idem) diſtinctas ſignificationes, quibus Tautologiæ eſſe non poſſunt.

Primò.

Secundò.

Secundò: quia ad Tautologiam requiritur, quòd ſit eiuſdem ſententiæ, non vocis, per alia atque alia verba geminatio: in præfatis auctoritatibus non fit, ut patet; ſiquidem quid diſtinctum à verbo ſignificat nomen, tametſi ſonet idem. Liquet enim in qualibet: v.g. *Sacrificate ſacrificium: audivi auditionem.* Per *Sacrificium* victima, per *Auditionem* verbum denotatur: perperàm abſdubiè concludetur, Tautologias ſine repetitione ſententiarum eſſe; cùm repetitio neceſſaria ſit ad eſſe Tautologiarum.

Tertiò.

Tertiò, & denique: quia vocis ſonus nec prodeſt, nec obeſt ad hoccine ſchema formandum: *Terra erat inanis, & vacua*, Tautologia eſt: nihilominùs tamen diſtinctis vocum ſonis reſultat. Ex eò dumtaxàt quòd oratio vocibus concinnetur eiſdem, ineptè arguitur tautologico ſtylo gaudere: cùm Epizeuxis, vel geminatio, ſive eiſdem, ſive alijs terminis eiuſdem ſententiæ in eadem periodo requiratur ad iſtiuſce ſchematis conſtructionem: videbimus utique cùm de diviſione Tautologiarum ſubinde, & de ſingulis egerim.

12 Permultæ etiam in Scriptura periodi ſunt, in quibus locum haud habet Tautologia, licèt videatur quamdam cognationem habere: dicunturque expoſitiones per *Epexegeſis* interpretationem ſcilicèt: qua figura, quod obſcurè, vel laconice dictum, dilucèſcit, & dilucidatur. *Ut inveni virum iuxta cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Actor. 13. 22. Hoc eſt, ideò iuxta cor Dei, quia eius voluntatem executurus, & divina præcepta. *Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.* Pſalm. 31. 9. ideſt, nolite fieri ſine intellectu, ſicut ſunt equus & mulus. *Comparatus eſt iumentis inſipientibus.* Pſalm. 48. 13. 21. putà, factus eſt inſipiens ſicut iumenta. *Ignis perpetuus, qui nunquàm deficiet.* Levit. 6. 13. q. d. ignis non deficiet, ideo dicetur perpetuus. *Per fidem non per ſpeciem.* 2. Cor. 5. 7. nempè, ſi non per ſpeciem facie ad faciem (ſpecies ipſa natura, ſeu eſſentia divina vocatur ab Apoſtolo) ducimur modò per fidem, aut umbram. *Suffocabam, & interficiebam.* 1. Reg. 17. 35. hoc eſt, interficiebam ſuffocando. *Dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti.* Exod. 32. v. 32. ideſt, *Dele me, quem ſcripſiſti de libro tuo.* *Confregit eum, & occidit.* 3. Reg. 13. 26. nempè, occidit confringendo. Sic illud Eccli. 7. 9. *Noli eſſe puſillanimis in animo tuo.* & 26. 7. *Calumniam mendacem.* & 28. 30. *Caſus tuus inſanabilis in mortem.* 1. Ioann. 3. 18. *Non diligamus verbo, neque lingua; ſed opere, & veritate.* 2. Petr. 1. 8. *Non vacuos, nec ſine fructu.* Apocal. 2. 3. *Patientiam habes, & ſuſtinuiſti.* & v. 13. *Tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam.* Ibid. cap. 3. 9. *Qui dicunt ſe Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed mentiuntur.* & cap. 13. 6. *Aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen eius.* Aliqua ex tot Sacræ paginæ ſelegi teſtimonia; ut illorum notitià haud præpediatur lector, ſi in alia offenderit, & mihi objiciat. Hæc enim & alia facilè interpretabere, ſi pro *Sed, Nec, &*, intelligas, vel ſubaudias *Ideſt, Nimirùm, Scilicèt, Nempè*, &c. Ezech. *Ad uſuram non commodaverit, &* (nempè) *amplius non acceperit.* Iob 2. 4. *Pellem pro pelle &* (ideſt) *omnia quæ*, &c. In præiactis teſtimonijs etiam liquet. *Caſus tuus inſanabilis* (ideſt) *in mortem. Calumniam mendacem.* Scilicèt, mendacium malitioſum, ex quo calumnia. *Non vacuos nec* (hoc eſt) *ſine fructu. Patientiam habes*, &c. (q.d.) *ſuſtinuiſti.* Ita omnia: quapropter multoties hac regulà utimur in Tautologiarum expoſitione: ut *Tom.* 2. *Tautolog.* 2. *Sarai ſterilis* (nimirùm) *nec habebat liberos.* & *Tautolog.* 8. *Advena ſum &* (ideſt) *peregrinus. Tom.* 3. *Tautol.* 9. *Gratìs* (ideſt) *abſque pecunia.* Etiam in hoc *Tom.* 1. *Tautolog.* 6. in *Expoſit. lit.* num. 41.

Epexegeſis.

13 In his & alijs, tametſi locum, ut vidimus, habeat Epexegeſis; multoties per *Exergaſia*, ideſt, expolitionem explicantur, & perpoliuntur: ſic illud Daniel. 1. 3. 4. *Ait Rex Aſphenez præpoſito eunuchorum, ut introduceret de filijs Iſrael, & de ſemine regio, & tyrannorum pueros, in quibus nulla eſſet macula, decoros formà, eruditos omni ſapientià, cautos ſcientià, & doctos diſciplinà.* Cicero uſus eſt Exergaſia 1. in Verr. *Tam eram rudis? tam ignarus rerum? tam expers conſilij, aut ingenij? Nihil audieram? Nihil videram? Nihil ipſe legendo, quærendoque cognoveram? Neſciebam* &c. Et Plaut. in *Aulular.* Act. 4. Scen. 9. v. 1. *Perij, interij, occidi, quò curram? quò non curram? Nihil video, cæcus eo.*

Exergaſia.

Synonimia.

Si varijs vocibus idem ſignificatur, vocatur *Synonimia*: id. plurium vocum idem exprimentium coäcervatio; ut *Cantate, exultate, & pſallite*: Pſalm. 97. 4. *Cunctumque volatile, univerſæque aves, omneſque volucres.* Geneſ. 7. 14. *Exultemus Domino, iubilemus Deo.* Pſalm. 94. 1. *Peccavimus, iniuſtè egimus iniquitatem fecimus.* Iudith. 7. 19. Iſai. 1. 14. Ierem. 7. 34. Si verò per alium ſermonem fit interpretatio, non verbi ex verbo (quod vocatur *Periphraſis*, ſeu *Hypomnema*, Latinè *Gloſſa*, ut *Pater noſter, qui es in cœlis*: Matth. 6. 9. & Apocal. 21. 21. *Duodecim portæ: duodecim margaritæ ſunt per ſingulas, & ſingulæ portæ erant ex ſingulis margaritis*) ſed ſenſus ex ſenſu, liberiore expoſitione, dicitur *Paraphraſis* ut patet in Chaldæa.

Periphraſis.
Hypomnema.

Paraphraſis.

Paragoge.

14 Geminatio denique ſolet fieri per *Paragogem*: qua figurà, ornatus gratià, vel amplioris expreſsionis, ſeu affectus (quapropter ſæpeſæpius patheticè) vox aliqua inculcatur, ſenſui aut propoſito orationis non neceſſaria. v.g. *Et erit: omnis qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit.* Ioel. 2. 32. Actor. 2. 21. *Erit autem: omnis anima, quæ non exaudierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.* Act. 3. 23. *Si ignoras te.* Cantic. 1. 8. *Miſit Moyſen ſervum ſuum: Aaron, quem elegit ipſum.* Pſal. 104. 26. *Pariet tibi.* Geneſ. 28. 21. & Luc. 1. 13. *Equitatui meo in curribus Pharaonis.* Cant. 1. 9. & ſic alia. Ubi ly *Erit, Te, Ipſum, Tibi, Meo* paragogica ſunt. Quod uſitatum apud Hebræos, igitur Geneſ. 12. 1. *Egredere de terra tua*: Hebr. *Egredere tibi.* Cantic. 2. 13. *Veni ſurge*: Hebr. *Veni tibi, Surge tibi.* Apud illos plerumque additur *Iod*,

non aliter ac Nos pro *Velut*, *Sicut*, dicimus *Veluti*, *Sicuti*. Poëtæ autem *Lunai*, *Muſai*, pro *Lunæ*, & *Muſæ*. Perſ. *Satyr.* 6. v.6. *Lunai portum.* Virgil. *Æneid.* lib. 1.v.155. *Si fortè virum.* Et ſic alibi. Ly *Fortè* paragogicum obſervat Donatus. Horat. lib.2. *Satyr.* 3. *Quone malo mentem concuſſa?* Plaut. in *Milit.* Act.1. Scen. 1. *Quemne ego ſervavi.* idem Terent. in *Andr.* Act. 4. Scen. 4. Ovid. lib. 4. *Triſt.* Eleg. 2. *Super in curru Cæſar victore veheris.* Ubi *Ne*, & *In* adhibentur gratiâ cultus. Apud Oratores identidem. Conſule pro ſacris Sanct. Pagninum lib. 3. *Inſtitution. Hebraic.* cap. 8. num. 58. & lib. 4. *Regul.* 22. Hæc notatu digniſsima iudicavi, ut Lector vel in anfractibus, celeri decurrat pede.

§. V.

Diſtributio Tautologiarum.

Tautologiarum ſpecies.

1 IAm ergo ad diviſionem ſpecierum Tautologiarum deſcendere operæpretium erit. Quapropter his prælibatis, ſciendum, dari Tautologias in verbis, & ſententijs: ſicut apud Rhetores accipiuntur figuræ ſententiarum & verborum. Ex his aliæ (materialiter in utriſque loquendo) propriæ & adæquatæ, aliæ inadæquatæ & impropriæ dici poſſunt. Adæquatæ Tautologiæ iudicandæ, in quibus gerundium, aut participium verbi coniungitur verbo; vel cùm oratio conſtat verbo & nomine ſignificantibus idem in ſono; dummodò ab eo quod ſonat, licèt primo intuitu quire aliter non eſſe videatur, longè conceptus alios, pro cuiuslibet acumine importet, diſtinguibiles ab intellectu. Inadæquatæ vocandæ, quæ conſtant diverſis vocibus earundem ſignificationum.

Adæquatæ.

2 *Propriæ* igitur erunt: *Plorans ploravit.* Thren.1.2. *Faciens facies. Potens poteris.* 1.Reg. 25. 28. & 26. 25. *Loquens locutus.* Ibid. cap.2.30. *Guſtans guſtavi.* cap. 14.43. *Sciens ſcito.* cap. 28. 1. *Averſione averſi.* 3.Reg. 9. 6. *Zelo zelatus.* Ibid. 19. 10. *Ieiunavit ieiunio.* 2.Reg. 12. 16. *Subſannaverunt ſubſannatione.* Pſalm. 34. 16. *Gement gemitibus.* Ezech. 30.24. *Baptiſmo baptizor.* Marc.10.38. *Gaudio gaudet.* Ioan. 3.29. *Vita vivet, Morte morietur*, & cætera huiuſmodi.

Impropriæ, ſeu inadæquatæ poterunt dici: *Terra erat inanis, & vacua.* Geneſ. 1. 2. *Errore deceptus.* Deuteron. 4. 19. *Ægrotabat infirmitate.* 4.Reg. 13. 14. *Cùm ſuſpexiſſet, & vidiſſet.* 1. Paralip.21.20. *Flevi & luxi.* 2. Eſdr. 1. 4. & ſic alia teſtimonia, quæ alijs in locis proponuntur ut propriè. Patet igitur Iob 6.6. ubi, *Inſulſum, quod non eſt ſale conditum.* Marc. 9. 48. dicitur: *Sale ſalietur.* & Ezech. 16.4. *Nec ſale ſalita. Si reſpiciens videris*, quod 1. Reg. 1. 11. dicitur Actor. 7. 34. *Videns vidi.* & ubi Vulgata legit: *Terra erat inanis & vacua.* Hebr. *Nihil, & nihil.* Ideſt, *Vacua & vacua*: uti videbimus in *Expoſitione liter. Tautolog.* 1.

Inadæquatæ.

3 Aliter etiam in Scriptura notantur: nimirùm, dum profertur id, ſine quo res nequit aliter eſſe, & activè, & ſubiectivè. *Subiectivè*, demonſtrando inſtrumentum, quo res conficitur, vel receptivum formæ in quo naturaliter agit. Cuiuſmodi ſunt ſequentia teſtimonia, & alia plura: *Oculi veſtri viderunt.* Deuteron. 4. 3. *Plorans, & oculus meus deducens lachrymas.* Thren. 1. 16. *Audientes auribus.* Eccli. 43. 26. *Mordent dentibus ſuis.* Mich. 3. 5. *Claudicabat pede.* Geneſ. 32. 32. *In utero habebit & pariet.* Matth. 1.23. *Et lætabitur corde.* Exod. 4. 14. *Activè*, exprimendo potentiam, vel operationem. v.g. *Memoriâ memor.* Thren. 3.20. *Audite audientes.* Iſai. 6. 9. *Videntes videbitis.* Matth.13.14.

Subiectivè.

Activè.

4 Tautologiæ ſententiarum multifariè fiunt. Primò affirmatione. Secundò negatione. Tertio denique affirmatione, & negatione. Si nudæ ſententiæ obijcerentur, Pleonaſmi non eſſent: at confirmatione poſterioris, prior ſententia tautologica fit. *Affirmationis* in promptu poſſunt eſſe: *Plangeret, & fleret.* Geneſ. 23. 2. *Advena ſum, & peregrinus.* Ibid. v.4. *Inſontem, & iuſtum.* Exod.23. 7. *Stultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo.* 1. Reg. 25.25. *Diſrumpens ſcindam.* 3.Reg.11.11. *Percuſsit eum, & vulneravit.* Ibid.20.37. *Uſque ad diem mortis ſuæ, cunctis diebus vitæ eius.* Ierem. 52. 34. *Manete ibi, donec exeatis.* Matth.10.11.

Affirmativè.

Negationis enim: *Non dimittet, nec derelinquet.* Deuteron. 31. 6. 8. *Non deſeram, neque derelinquam.* Hebr.13.5. *Nolite timere, nec paveatis.* Deuteron. 31. 6. & 1. Paral. 28.20. & alia huiuſmodi claſsis.

Negativè.

Tertij modi plurimæ ſunt Tautologiæ, quæ etiam bifariàm fiunt: & per Epexegeſim, oſtendendo clariùs, quod obſcurè prolatum; & per Epitaſim, quæ ut vidimus ſonat Hyperbolen, aut exceſſum, quo plus firmatur ſententia, & manet in animo alta mente repoſta. Fiunt, ut plurimùm cum affirmatione, & negatione contrarij poſitivi in prima ſententia expreſsi. *Vivat Ruben, & nō moriatur.* Deuteron. 33. 6. *Odiſti me, & non diligis.* Iudic.14.16. *Recordatus; nec oblitus.* 1.Reg. 1. 11. *Tu ſolus, & nullus eſt tecum.* Ibid. cap.21.1. *Date ei infantem vivum, & non occidatur.* 3.Reg. 3. 27. *Non prophetat mihi bonum, ſed malum.* Ibid.cap. 22.8. *In caput, & non in caudam: ſubter & non ſupra.* Deut.28.13.

Utroque modo.

Per Epitaſim verò: *Virgo, & incognita viro.* Geneſ.24.16. *Sterilis, nec habebat liberos.* Ibid. cap.11.30. *Gratis abſque pecunia.* Exod. 21. 10. *Abijt per aliam viam, & non eſt reverſus per iter, quo venerat.* 3. Reg. 13. 10. *Porta clauſa erit, non aperietur.* Ezech.44.2. *Si tamen veſtiti, non nudi.* 2. Cor. 5. 3. Quibus in verbis ſemper aliquid magnum, & præſtantiſsimum in eo genere odoratur acumen: ita ut attrectet vim myſteriorum, intra velamina verborum incluſam; & ex his, quæ oculis, & animo ex fronte percipit, ſurgit ad incognita, quæ non novit.

Per Epitaſim.

5 Ubi verò magis elucet natura Epitaſis, eſt in Tautologijs, quæ fiunt activè, & paſsivè, non ſcorſim, ſed indiſcriminatim. Activè ſanè, Ierem. 30. 3. 18. & 33. 7. *Convertam converſionem.* Siccine deſcribitur Tautologia, quaſi per ſimplicem Epitaſim: amplior erit exaggeratio, ſi fortè iungitur actioni paſsivus effectus: ut ibid. cap. 31. 18. *Converte me, & convertar.* (idem. Thren. 5.21.) cap. 17.14. *Sana me Domine, & ſanabor: ſalvum me fac, & ſalvus ero.* Geneſ. 12. 2. *Benedicam tibi, eriſque benedictus.* Pſalm.121.27. *Mutabis eos, & mutabuntur.* Idem.ad Hebr. 1.12. *Ædificabo te, & ædificaberis.* Ierem.31. 4. *Prævaricans prævaricaberis.* Ibid. cap.5.11. Iſai.48. 8. Ezech.14.13. & 18.31.

Activè, & paſsivè.

6 Dixi de Tautologijs, quæ cum Epitaſi, & Epexegeſi cognationem habent: modò de ijs cum nonnullis alijs ſchematibus affinitatem habentibus, neceſſe eſt & agere. Primum locum occupat *Exergaſia*, aut *Expolitio*: qua gratior, vividior, & clarior auribus ſententia profertur: fierique contingit ex adverbio, adiectivo, nomineve non neceſſario rigoroſè, aut exactè explicationi; vel etiam ex terminis expoſitionis æquipollentibus. v.g. *Tactus dolore cordis intrinſecùs.* Geneſ.6.6. *Adhuc tota anima mea in me eſt.* 2.Reg.1.9. *Cùm pergerent in itinere.* Ibid.cap.13.30. *Lux auroræ, oriente Sole.* cap. 23. 4. *Cor meum intra me.* Pſalm. 38 4. *Longitudinem dierum, & annos vitæ.* Proverb. 3. 4. *Primogenita ante omnem creaturam.* Eccli. 24. 13. *Parvus, modicus, nequaquam multus.* Iſai. 16. 14. *Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Luc.1.31.

Per Exergaſiam.

7 Quandam etiam ſimilitudinem cum præfatis per *Exergaſiam*, habet Tautologia, quæ per *Paragogen* fit. Sicut illud Matth.15. 22. *Male à dæmonio vexatur.* Exod.25. 20. *Reſpiciant ſe mutuò.* 3.Reg. 1. 1. *Rex David ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies.* Deuteron. 4. 4. *Vos vivitis uſque in præſentem diem.* Actor. 2. 1. *Pariter in eodem loco.* Et ſic alia. Ubi patet, quòd ly *Malè, Mutuò, Ætatis, In præſentem diem*, & *Pariter* paragogicè addita, conficiant Pleonaſmum; etſi gratiâ ornatus, aut amplioris ſignificationis enuncientur. Videri licet Exod.16.29. ubi dicitur: *Maneat unuſquiſque apud ſemetipſum.* Ioann. 20. 10. *Abierunt ergo iterùm diſcipuli ad ſemetipſos.* Luc. 24.12. *Abijt ſecum, mirans quod factum fuerat.* Ierem.3.6. *Abijt ſibimet.*

Per Paragogen.

8 Alij Pleonaſmi fiunt per *Emphaſim* qua figura conſtat plus verbis ſignificari, quàm dici. *Ego ſum qui ſum.* Exod.3. 14. *Audite audientes.* Iſai. 6. 9. *Ego ego.* Oſee 5.14. Interdùm per *Parœmiam* (ideſt, Proverbium vulgare, ſive adagium) ut illud Matth. 11. 15. & 13. 9. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Idem, Apocal.2.7. *Quod ſcripſi, ſcripſi.* Ioann. 19. 22. Aliquando per Hebraiſmum, Phraſim, ſeu modum loquendi linguæ, aut idiomatis peculiarem: ut *Nunciatum eſt Ioab à narrantibus.* 2.Reg. 3.23. & cap.11.10. *Videntibus oculis meis.* 3.Reg. 1. 48. *Filij hominum.* Pſalm. 4. 3. *Hircum de capris.* Levit.4.23. & Daniel. 8. 5. *Filios arietum.* Pſalm.28.1. *Filiam fœminarum.* Daniel.11.17. *Sic ore locutus es, & manibus perfeciſti.* 3.Reg.8.24.

Per Emphaſim.

Per Parœmiam

Per Hebraiſmū

Ratione Loci ſolet quoque Tautologia fieri. *Piſcibus maris, & volatilibus cœli.* Geneſ. 2. 26. 28. *Stellas cœli.* Ibid. cap. 22. 17. *Angeli cœlorum.* Matth. 25. 36. *Radices eius ſub illa erant.* Ezech. 17. 6. *Fructus eius deſuper, & radices eius ſubter.* Amos 2. 9. *In cœlo ſursùm, & in terra deorsùm.* Actor. 2. 19. Etiam Habitus, aut debitæ proportionis causâ: ut *Calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus.* Exod. 12. 11. *In baltheo ſuo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento, quod erat in pedibus eius.* 3. Reg. 2. 5. *Compedes in pedibus.* Eccli. 21.22. Sæpe ratione Oppoſitionis, Contrarietatis, aut Contradictionis. *Solicitudine non pigri.* Rom.12.11. *Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ.* 1. Ioann. 1. 5. *Dies Domini tenebræ, & non lux.* Amos 5.18. Interdum ratione Exercitij, ſive actus ſecundi. *In conſpectu oculorum.*

Ratione Loci.

Habitus.

Oppoſitionis, Contrarietatis, vel Contradictionis.

Actus ſecundi.

Pſalm.

Pſalm.100.7. *Non ſecundum viſionem oculorum*, &c. Iſai. 11. 3. 4. *Stillicidia ſtillantia.* Pſalm. 71. 6. *Panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum.* Geneſ. 28. 21. *Comedetis veſcentes.* Ioel. 2. 26. Aliquoties Officij, aut muneris causâ. *Rex regnans.* 3. Reg.4.1. *Prophetæ prophetabant.* Ibid.22.10 *Salvatores, qui ſalvarent.* 2. Eſd. 9. 27. *Ad paſtores, qui paſcunt.* Ierem. 23. 2. 4. *Cuſtodes, ut cuſtodirent.* 1. Mach. 12. 34. Act.12.6.

Officij, aut muneris.

Nonnunquàm ratione Naturæ, vel Eſſentiæ; ratione Proprietatis, & Paſsionis; ratione Effectus neceſſarij, vel accidentalis; ratione Effectus formalis, Relationis, alicuius Epitheti, aut Suppoſiti. Ratione naturæ: *Dei vivi.* Matth. 16. 16. *Anima vivens.* Geneſ. 2. 7. *Homo vivens.* Thren. 3. 39. Proprietatis: *In flamma ignis.* Exod. 3. 2. *Ignis conſumens.* Deut.4.24. *In ignem mittet, & ardet.* Ioan.15.6. Effectus neceſſarij: *Deficiens mortuus eſt.* Gen. 25. 8. *Sterilis, quæ non parit.* Iob.24. 21. *Ignis devoravit eos, & mortui ſunt.* Levit. 10. 2. *Obſcurentur oculi, ne videant.* Pſalm.68.24. *Nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam imbrem.* Iſai. 5.6. Effectus accidentalis: *Inebriemus eum vino.* Geneſ.19.32. *Iuſtitia iuſti: impietas impij.* Ezech. 18.20. Effectus formalis: *Factus eſt homo in animam viventem.* Geneſ. 2. 7. *Epiſtola ſcripta Syriacè, legebatur ſermone Syro.* 1. Eſdr. 4. 7. Relationis: *Ego ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* 2. Reg. 7. 4. *Ad ſervum dominorum.* Iſai. 49. 7. Epipheti: *Gemmas pretioſas.* 3. Reg. 10. 11. *Luce ſplendida fulgebis.* Tob.13.13. *In veſtro mortali corpore.* Rom. 6. 12. *Mel dulce.* Ezech. 3. 3. Demùm ratione Suppoſiti: *Ad reſurrectionem, quæ eſt ex mortuis.* Philipp. 3. 11. *Mendaces adversùs veritatem.* Iacob. 3. 14. Ita multa. Hæ poſtremæ Tautologiæ efformari ſolent per *Ætiologiam*, id. *Expoſitionem cauſæ*, quia ſuppoſitum reddens rationem primi propoſiti, eſt origo Pleonaſmi: ut illud 2. Reg. 14. 5. *Mulier vidua ego ſum, mortuus eſt enim vir meus.* Iob 24. 6. *Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes.* Thren.4. 18. *Completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.* Ad huneque modum reduci poſſunt alia, quæ Tautologica ſunt; non niſi quia in ipſis ſuppoſitum manifeſtatur. *Homo natus de muliere.* Iob 14. 1. *Filius fui patris mei.* Prov. 4. 3. *Filia matris tuæ es tu, & ſoror ſororum tuarum.* Ezech. 16. 45. *Una eſt columba mea.* Cant.6. 8. *Fuit vir unus.* 1. Reg. 1. 1. In has ferè claſſes didi poſſunt Tautologiæ totius Scripturæ: quapropter, ne in ſingulis lector fatiſcat, ſemitam expoſitionis iſthic Prologus demonſtrat.

Neceſſarij.

Accidentalis.

Effectus formalis

Relationis.

Epitheti.

Suppoſiti

Per Ætiologiam.

§. VI.

Aliqua notabilia.

1 HIs relatis, præmiſsiſque, aliqua animadvertere, ut proclivè attingatur ſcopus operis, per illudque levi, & expedito pede lector percurrat; erit conſentaneum rationi. Primò: unicam ſententiam poſſe gaudere multiplici ſchemate: cùm enim ſchema nihil aliud ſit iuxta Cicer. de *Clarit.Orat.* quàm ornatus & nitor, *Hicque plus ſententijs illuminâtis, quàm verbis pingendis inſerviat, quis multiplicem elegantiam habere poſſe, vertet in dubium? Nemo ut auguror*: ait Quintil. *lib.9. cap.*1. Exemplum ſit illud Iſai.42.17. *Confundantur confuſione.* Ly *Confuſione* additum, quia exaggerat, *Epitaſis* eſt. Modò per *Confuſione*, ſignificetur peccatum, tanquàm effectus pro cauſa; *Metonymia.* Si verò non reſpondet ly *Confuſione* magnitudini rei explicandæ, erit , Latinè *Tenuitas*: ut patet 1. Reg. 12. 21. & Mich. 2. 1. ubi *Vana*, & *Inutilia* ſignificant idola. Exilibus vocibus res magnæ enunciantur. Sic Virgil. lib. 1. *Æneid.* v.634. *Non ignara mali*, & Georg. 3. v.5. *Aut illaudati Buſiridis.* Homer. in *Odyſ.*7. *Non ignari malorum.* Eadem Soph. in *Antigone.* Vide A. Gell. *lib.* 2. *cap.* 6. Macrob. *lib.6. cap.* 7. Turneb. *Adverſ.*cap. 16. Ex Sacris Alapide, Gaſpar. Sanctium, Salmeron in Regulis ad Script. expoſitionem, & intelligentiam. Denique *Confundantur confuſione* Pleonaſmus eſt, quia verbum, & nomen ſignificant idem, & aliàs in eodem ſignificato latet myſterium; quo intento, nacto, & percepto, Tautologia formaliter non eſt: igitur aliter evenire poteſt, quàm vocaliter ſententiæ geminatione exprimitur; ut patet Ierem. 6. 15. ubi dicitur: *Confuſione non ſunt confuſi.* Si confuſione non ſunt confuſi, Tautologia formalis non erit, *Confundantur confuſione*: igitur iam non eadem ſententia ſub eiſdem ſignificatis, ſed longè alia ſub ſimilibus terminis. Sic ad amuſim huius exponuntur & alia.

Cicer.

Quintil.

Unica periodus poteſt gaudere multiplici ſchemate.

Virgil.

Quid Litotes

2 In his ludit ſeriò intellectus, & per illam, & illam figuram, ornatus & concinnitas Sacræ paginæ lucet: anſam enim ſumit ad arcanorum intelligentiam; cùm verba, & teſtimonia ſic & ſic illuſtrat, & interpretatur. Quod ſanè præ cæteris habet præſtantiſsimè Sacra Scriptura, ut ait D. Thom. Opuſc. de *Potentia* q.4. art.1. *Omnis veritas, quæ ſalvâ literæ circunſtantiâ poteſt divinæ Scripturæ aptari, eſt eius ſenſus.* Vide Auguſt.lib.12. *Confeſſ.* cap.31.

D. Th.

Auguſt.

3 Secundò: Tautologiam verborum variari, variata verborum concinnitate; quia in hoc rhetorico cultu verſatur ſchema. Videtur in Tautologia *Gaudio gaudet.* Si addas adiectivum quodvis ſubſtantivo *Gaudio*, uti Matth.2.10. *Gaviſi ſunt gaudio magno valdè*, non erit Tautologia: quia gaudio gaudere maximo, accidentale cordi gaudenti eſt, cæterùm neceſſarium, ſi gaudet, gaudio gaudere. Iccircò ubi idem ſignificatur, ſive verbo, & nomine, ut *Gaudio gaudet*, Ioan. 3.29. ſive participio, & verbo, ut *Gaudens gaudebo*, Iſai. 61. 10. ſemper remanet Tautologia, quia non variatur ſchema: & quod ſatis verbo *Gaudet* exprimitur, addito *Gaudio*, tranſit ad Pleonaſmum.

4 Tertiò denique: Expoſitionem in huiuſmodi opere non ſumi de Tautologijs implicitis in N. Vulgata, & expreſsis in fonte Hebræo, Græco, &c. ſed duntaxàt de his, quas ſermo Vulgatus profert: alioquin infinita eſſent teſtimonia, & in eorum expoſitione aporiaremur: etenim vita brevis, & iudicium difficile. Ezech.17.2. *Propone ænigma, & narra parabolam.* Hebr. more palilogico, *Ænigmatiza ænigma, & paraboliza parabolam.* Geneſ. 11. 3. *Bitumen pro cæmento.* Hebr. & Oleaſt. *Bitumen ad bituminandum.* Pſalm.42.1. *Diſcerne cauſam meam.* Hebr. *Litiga litem meam.* Et alia, quæ non ignorat vel qui Sacram paginam à longè ſalutaverit. Hæc omninò prætermitto; ſed Tautologias quæ in Vulg, idem argumentum ſpectant, per materias dido: quas videris ſingillatim in *Apparatu prodromo.*

§. VII.

Methodus operis.

1 HUiuſmodi Propoſitiones, quæ à Comment.S.Script.& PP. vocantur *Pleonaſmicæ*, ſeu *Tautologicæ* (& à Philoſophis *Identicæ*: quippè idem de ſe ipſo prædicatur, ſive diſtincta, ſive ipſamet voce) illuſtrare decrevi. Scopus erit, deſignare non eſſe formaliter Tautologias, quia in ipſis geminationibus latet arcanorum ſublimitas; quæ ſtat in eo, quòd aliter exhibeatur propoſitum, quàm conceptum: igitur quia inconcuſſum, aliter iudicatur eſſe non poſſe, & exponitur aliter; tùm Anagogicè, Panegyricè, tùm Politicè, & Tropologicè. Subrepunt intentiones lupinæ ſub Catonis larvâ, & reſplendent plerunque fucata corda: Studio huius ſchematis candido pectori proponuntur, quæ aurea aurea, quæ argentea argentea, quæ lutea lutea, licèt malitiâ oſtententur deaurata.

2 Ne ſine aliqua quantulacunque notitia accedat lector abditis hucuſque; quid acuminis in Pleonaſmis ſit; per aliquorum explanationem, libet exponere: ut conſtet non ſupervacuè appoſitum, quod aſtruit vocaliter Pleonaſmum. Matth. 22. 30. dicitur: *Angeli Dei in cœlo*, & minimè ſuperfluit *In cœlo*; quia ſunt & Angeli in hoc miſero mundo: ſiquidem caſti, & mundi corde ſunt Angeli terreni, & corporati. Geneſ. 19.32. *Inebriemus eum vino*: quippè iracundiâ etiam inebriatur homo. *Concipies & paries.* Iudic. 13. 11. Multoties anima concipit opus perfectum, & evaneſcit propoſitum. *Audite audientes.* Iſai.6.9. igitur plerunque verbum Dei homines audiunt, quaſi non audirent. *Videns vidi*: Act. 7. 34. Quoniam non videt, qui proximi afflictionem videt, & tranſit. *Miſerans miſerebitur.* Iſai. 30. 19. igitur pietas impia, miſericordia crudelis, ſeu crudelitas ſpecie miſerationis, parcere ſcelerato, indulgere criminoſo. *Præcipiẽdo præcepimus.* Act. 5. 28. Qui præcipit, & quæ præcipit non facit, præcipiendo non præcipit. *Eris ſuprà, & non ſubter.* Deut. 18.13. Quicunque indignè fungitur dignitate; demeritis eſt infra, & infulis ſuprà. *Elevatus in ſublime.* Prov. 30. 32. Quiſquis munere dignus, eſt in ſublime, licèt non ſit elevatus. *Bonum, & non malum.* Amos 5.14. Infortunium, quod videtur iuſtis malum, eſt bonum: & felicitas, quæ videtur malis bonum, eſt utique malum. *Habebat ætatis plurimos dies.* 3. Reg. 1. 1. Improbus habet plurimos dies ducentes in ſenectutem, & nihilominùs non habet ætatem. Sic omnia, de quibus ſuis locis. Paravimus quidem in his, periphraſis quamdam velitationem: in ſingulis latè.

Exemplum expoſitionis Tautologiarũ

3 Hic eſt fructus noſter: quo, ni fallor, & præſtantia virtutum, & ſimulatio prædicatur vitiorum. Interdum ratione animi, quæ apparet virtus, vitium eſt. Quo ſenſu Hieronymus in cap.5. *Matth.* ait: *Non itaque virtus, ſed cauſa virtutis apud Deum mercedem habet.* Vide pulcherrima apud Maximilianum Sandæum in *Pædijs. Commentation.* 11. uſque ad 15. Multoties modi causâ: de quo diſſerit egregiè Auguſt. in *Pſal.* 118. v. 4. dicens: *Nimis dicitur quicquid plus fuerit, quàm oportet: nam parũ & nimium duo ſunt inter ſe contraria. Parum eſt, quod minus eſt, quàm oportet: & nimium eſt, quod plus eſt,*

Hieron.

Auguſt.

eſt,quàm oportet.Horum in medio modus eſt, quod dicitur ſatis.

Horat. *Eſt modus in rebus ,ſunt certi denique fines,*
Quos ultra,citraque nequit conſiſtere rectum.

Ut ait Horat. lib.1. *Satyr.* 1. v.106. Unde Auguſt. tract. 26. in *Ioan.* loquens de com-
Auguſt. munione Iudæ : *Cùm accepit* (inquit) *inimicus intravit : non quia malum accepit ; ſed quia bonum malè malus accepit.* & Franciſc. Petrarcha lib. 1. de *Remed. utriuſque for-*
Petrar. *tun, Dialog.* 122. ait :*Vide , ut quod bonum agis, agas benè. Sunt & qui bona malè agant: nec minùs infallibilis æſtimator,qui qualiter, quàm quid fiat,aſpicit : nec minùs adverbia, quàm verba librat , ac nomina.* In Grammatica Profana congruit aliquando oratio ſine adverbio , in Sacra abſque adverbio nulla. *Adverbiorum remunerator eſt Deus,non ver-*
Gerſon. *borum*: dixit Ioan.Gerſon.in *Dialog. Franci & Angli.* D. Bonavent. poſt *Alphab. Reli-*
Bonav. *gioſor.*infit:*Non nomen, ſed factum:non verbum , ſed adiectum facit beatum.* Quocirca etiam Ovven. lib.3. *Epigram.* 168.
Ovven. *Adiectiva parum proſunt: adverbia multum: Non bona tam penſat, quàm benefacta Deus.*

Quid proderit religioſum eſſe , dummodò non religiosè? Vitiorum ergo latebras operire aperiendo,& excellentiam virtutum,earumque nitorem patefacere occultando; operis & animi erit ſcopus.Si nactus iudicabis (ò lector) cùm ad propoſitum argumenti perveneris.

4 In Literæ expoſitione nec brevis conſultò,nec profuſus ſermo conficitur.Medius tutiſsimus,ne ulteriùs re producta extra literalis paleæ thecam , dulcem intelligentiæ ſpiritalis ſtudioſus ambiat enucleare medullam : aut conciſionem pertæſus excandeſcat, ſcintillet,vix libato laticè primoribus labris cùm ab ore Phyneo,Harpià brevitate,etiam oculis eripiatur, neque atque bibere volens, & ſitiat bibens.Humanioribus literis utar ut ſale , maximè in explanatione literæ: cortex namque inſipidior ; pluſque indiget condimento florum , ut grata fiat luxurianti , iucundaque undique licentioſo palato. Sed in ea ſummum propoſitum erit , aſtruere ingenioſum ſtylum tautologicum , famulatu Auctorum in latinitate principum (Ciceronis,Plauti,Terentij,Quintiliani,& aliorum) ut Heretici,qui illorum peritiam latinitatis, laudibus efferunt ; cogantur in Scriptura confiteri , etſi rumpantur. Quid quòd ganniant circa latinitatem Hieronymi; & plaudant manibus ſolœciſmos Virgilij,Terentij & Plauti? Aliquos coràm profetam *Tom.* 2. *Tautolog.6.* in *Expoſition.lit.*

5 Argumenta deſumuntur ex Periphraſi primæ Auctoritatis,& eius Verſionũ, ne aliena vel voluntaria videantur , de quibus iurè vel ſimplex (quid naſutus?) dicere quibit: *Profectò bona:ſed quorsùm iſta? Nobile ingenium , ſed præclarum ratiocinium! Bona , ſed importuna:& importuna,non bona.* Non promittuntur magna , ſed textui congruentia,& teſtimonia eviſcerata.Stylus laconicus eſt,& intra ripas argumenti coërcitus. Obvia plura, quia gnarà ſorte etiam ſpicilegia ; ut lector ſibi arroget , quod pro derelicto manum meſſoris,ſic ſtudentis, etiã conſultò fefellit. In Didaſcalijs , ſeu documentis , quoad potui, medullam erui,& interdùm cum pipere. Ultrà progrediatur lector , gaudeatque novo fœtu ſuper nova, quibus opus his temporibus.Semel eſurienti Petro communia, imò & repentia propo- Act.10
ſita ſunt. Aptus eſurienti cibus obvius,quia eſuriebat : cæterùm nunc , ubi ob cupediarum congeriem pleni, farcinati fortè , haud eſuriunt delicatuli ; ni nova & ſelecta apponantur,animi ſanè ſtomachantur ægri, commoveturque bilis , & anima nauſeat ſuper cibo leviſsimo. Quid ergo?Dicam cum Horatio lib.2. *Epiſt.*2.v.59.

—————————— Et ſale nigro;
Tres mihi convivæ propè diſentire videntur.
Poſcentes vario multùm diverſa palato.
Quid dem? Quid non dem?

6 *Quædam* (ex Iuſt. Lipſio *Prolog.* ad *Fabul. Menipæam*) *in hoc ſcripto obſcuriora* Iuſt. Lipſ.
fore iuventuti ſcio : idque conſulto iudicio à nobis factum.Simul excitanda & attollenda ingenia ſunt ; ut aliquando pedes ponere diſcant ſine manuductore.

Haud philautus diſſero: exuo Narciſſum. Ovven.
Exuat hunc quiſquis opera noſtra legit.

Denique ex toto corde (Deus ſcit) acu rem tangere ſatago: ita ab hinc , ſicut antehàc. August.
Non pigebit me (inquam cum Auguſtino lib. 1. de *Trinitat.* cap. 2. & 3.) *ſicubi hæſito, quærere; ſicubi erro,diſcere: proinde quiſquis hæc legit , ubi pariter certus eſt , pergat mecum ; ubi pariter hæſitat, quærat mecum ; ubi errorem ſuum cognoſcit , redeat ad me ; ubi meum,revocet me.* Quapropter,ut par eſt,

O. S. S. R. E.

GNOMON ALPHABETICUS

VOCUM IN SCRIPTURA TAUTOLOGICARUM.

Prior numerus Tomum , poſterior Tautologiam ſignat.

A

Abba. 2. 5.
Abigere. 4. 12.
Abire. 2. 1. — 5. 2.
Abire ſecum. 2. 1.
Ablactatus. 5. 4.
Abſcondere. 5. 7.—5.8.
Abſque. 3. 9.
Accedere. 7. 9.
Accipere. 3. 9.
Accipere nihil. 2. 10.
Adeſſe. 4. 8.
Adhuc. 1. 4.
Adorare, 8. 5.
Advena. 2. 8.
Ædificare. 6. 2.
Ægrotare. 6. 6.
Aer. 4. 10.
Ætas. 3. 8.
Æternitas. 8. 10.
Agitari. 6. 10.
Alienigena. 2. 8.
Alienus Deus 4. 4.
Non Alius. 7. 2.
Altitudo. 4. 6.
Ambulare. 3. 1.— 5. 2.
Amentia. 4. 7.
Amor. 4. 12.
Ancilla. 2. 12. — 8. 4.
Angelus. 2. 6.
Anima. 1. 4. — 5. 9.
Anima tota. 1. 4.
Anima vivens, ibid.
Animalia. 1. 2. — 1. 4.
Annunciare. 5. 7.
Annus. 3. 8.
Ante. 5. 2. 3.
Ante faciem 5. 2.—5. 5.
Non in Ante. 5. 5.
Aperire os. 3. 5.
Aperiri. 2. 6.
Appretiari. 6. 3.
Appropinquare. 6. 9. 7 9.
Apud. 1. 1. ——— 2. 8.
Aqua. 2. 7. —— 4. 10.
Ardere. 3. 4.
Argentea. 6. 3.
Ariditas. 1. 1.
Aries. 7. 1.
Aſcendere. 4. 6.
Aſſe. 4. 12.
Aſſum. 3. 4.
Attondere. 4. 1.
Atramentum. 2. 4.
Avaritia. 6. 3.
Audire. 4. 4. 5. 10.
Auditus. ibid.
Auditus auris. ibid.
Averſio. 6. 2.
Auferri. 8. 10.
Aurea. 6. 3.
Auris. 5. 10.
Auris audiens. ibid.
Aurora. 5. 11.
Aurum. 6 3.

B

Baculus. 3. 5.
Baltheus. ibid.
Baptizari. 7. 5.
Benedicere. 2. 3.
Beſtiæ terræ. 1. 2.
Bibere. 2 4.
Non Bona. 4. 3.
Bonum. 4. 12.
Non Bonum. ibid.
Non in Bonum. ibid.
Bos. 7. 1.

C

Cadere. 4. 6.
Cæcitas. 4. 7.
Calceamenta. 3. 5.
Calidus. 6. 3.
Caligare. 2. 9.
Calvus. 4. 1.
Capere. 6. 10.
Capilli. 4. 1.
Caput. 3. 5.—4. 1.—4. 6
Carne paſſus. 1. 5.
Caro. 2. 11.—3. 4.—6. 6
Caro mortalis. 1. 5.
Caſtigans. 4 12.
Non in Caudam. 4. 6.
Cavum. 1. 1.
Celare. 5. 7.
Cibus. 1. 10.
Circuire. 7. 8.
Circundare. ibid.
Cithara. 6. 5.
Clamare. 7. 3.
Claudicare. 3. 1.
Clauſa. 2. 6.
Clemens. 3. 14.
Cœleſtis. 2. 6.
Cœlum. 1. 2. — 4. 4.
Cœlorum Angeli. ibid.
Deus Cœli. 3. 6.—5. 5.
Cœlorum nubes. 4. 10.
Cœnare. 3. 13.
Cogitare. 7. 7.
Cognoſcere. 2. 5.
Cognoſci. ibid.
Comedere. 2. 10.
Ad Comedendum. ibid.
Commodare. 5. 4.
Commotio. 6. 10.
Compedes. 3. 1.
Complere. 1. 3.
Comprehenſio. 6. 10.
Concipere. 2. 2.
Concupiſcere. 7. 5.
Conditum. 5. 2.
Confidere. 7. 5.
Confiteri. 5. 6.
Conflare. 1. 3.
Confractio. 6. 10.
Confundi. 8. 5.
Congregare. 3. 12.
Conſpectus. 5. 5.
Conſpicere. 7. 2.
In Cõſpectu oculorũ. 3. 2
Conſummatio. 1. 3.
Contemnere. 6. 11.
Conteri. 6. 10.
Conteſtari. 5. 6.
Conticeſcere. 6. 7.
Convertere. 6. 2.
Converti. ibid.
Cor malum. 4. 3.
Cor carneum. 2. 1.
Cor intra me. ibid.
Cordis tabula. ibid.
Corám. 5. 2. — 5. 5.
Corona. 3. 5.
Corpus carnis. 1. 5.
Corpus mortale. ib.
Corruere. 4. 6.
Crapulatus. 2. 4.
Creare. 5. 3.
Crudelis. 3. 14.
Cum. 4. 4. — 5. 2.
Curare. 6. 6.
Cuſtodes. 8. 8.

D

Dæmonium. 4. 5.
Decipi. 4. 3.
Deficere. 1. 5. 5. 3.
Delinquens. 4. 7.
Deus. 3. 3.
Deorsúm. 4. 6.
Derelinquere 4. 8.
Deriſus. 6. 11.
Deſcendere. 4. 6.
Deſerere. 4. 8.
Deſerta. 8. 1.
Deſiderare. 7. 5.
Deſolari. 6. 10.
Deſtituta. 4 8.
Deſtruere. 6. 2.
Deſuper. 2. 11. 4. 6.
Devorare. 3. 4.
Deus,& non homo. 3. 6.
Deus Cœli. 5. 5.
Deus vivens. 4. 4.
Dicere. 5. 6.
Dicere nemini. 6. 7.
Dies. 1. 2. — 3. 8.
Diligere. 3. 13. — 4. 12.
Dimittere. 4. 8.
Diſcedere. 5. 2. — 6. 6.
Diſrumpere. 6. 4.
Diſsipare. 6. 10.
Diſtillare. 4. 10.
Dividere. 2. 8. — 6. 4.
Docere. 6. 8.
Dolor. 4. 5.
Dolor cordis. 2. 1.
Doloſum. 4. 3.
Dominari. 1. 6.
Donec. 3. 12.
Donum. 3. 9.
Dormire. 7. 2.
Dorſum. 5. 5.
Dorſum oſtendere. ibid.
Dulce. 4. 11.

E

Ego. 3. 6.
Ego ipſe. 7. 2.
Elevatus. 4. 6.
Eligere. 8. 9.
Eloquium. 3. 5.
Eripere. 8 4.
Errare. 4 5.
Eruere. 8. 4.
Eſſe. 3. 6. — 3. 13.
Eſſe,pro manere. 1. 4.
2. 1.—3. 12. 13.—6. 6.
Evangelium. 6. 8.
Evellere. 7. 10.
Evenire. 3. 9. 5. 7.
Excelſum. 4. 6.
Exhortatio. 6. 8.
Exire. 3. 12. 6. 6.
Exoſum. 4. 12.
Expectare. 7. 5.
Exprobrantes. 6. 11.
Exterminari. 4 5.
Externus. 2. 8.
Extrahi. 3. 12.
Extranea. 2. 8.
Exultare. 7. 4.

F

Facere. 1. 3.—4. 2.—5. 5.
Facies. 1. 4.
Faciem avertere. 5. 5.
Faciem oſtendere. ibid.
Non Faciem. ibid.
Faciem velare. 2. 9.
Facies in carne. 1. 5.
Ante Faciem. 5. 2.—5. 5.
Coram Facie. 5. 2.
Factus. 1. 3.
Fallax. 5. 6.
Fatuus. 5. 8.
Ficus. 2. 3.
Fidelis. 5. 6.
Filia fœminarum. 7. 1.
Filia matris. ibid.
Filius. 2. 2. 5. — 7. 1.
Filius proprius. 2. 5.
Filius patris. 7. 1.
Finis. 1. 3. 5. — 8. 10.
Flamma. 3. 4.

Voces Tautologicæ.

Flere. 2. 7.
Florere. 2.3.
Fluere. 4. 1.
Fœmina. 7. 1.
Fœtus. 2. 2.
Fontes. 2.7.
Fornicari. 6. 10.
Fratres. 7. 1.
Fructus. 2. 6.
Fugere. 4. 9.
Fulgere. 5. 11.
Fur. 8 8.
Furor. 4. 7.
Futurum. 5. 7.

G

Gaudium. 4. 5.—7. 4.
Gemere. 2. 7.
Gemellus. 2. 2.
Gemma. 6 3.
Germinare. 8. 3.
Gigantes. 8. 3.
Gignere. 7. 1.
Glaudius. 3. 10.
Gratis. 3. 9.
Greſſus. 3. 1.
Guſtare. 4. 11.
Gyrus. 7. 8.

H

Habitare. 8. 1.
Hœdus. 7. 1.
Homo. 1. 2. 4. 5.—7 1.
Homo mortalis. 1. 5.
Homo, & non Deus. 3. 6.
Homo ſimilis omnib. 1. 5
Homo ſacerdos. 2. 6.
Homo vivens. 1. 4.
Honorare. 3. 9.
Hora. 8. 12.
Humens. 4. 13.
Humiliari. 4. 6.

I

Idipſum. 5. 6.
Ieiunare. 2. 7.
Iens. 5. 2.
Ignis. 3. 4.
Igne comburi. ibid.
Igne aſſum. ibid.
Ignis comburens. ibid.
Ignis conſumens. ibid.
Ignis devorans. ibid.
Ignis urens. ibid.
Illuminare. 5. 11.
Imber. 4. 10.
Immiſericors. 3. 14.
Impie. 4. 3.
Impius. ibid.
Implere. 4. 2.
Impleri. 5. 3.
Improperia. 6. 11.
In. 3. 12.
Inane. 1. 1.
Inaurata. 6. 3.
Incedere. 5. 2.
Inclinari. 4. 6.
Incognita. 2. 2.
Inde. 3. 12.
Indicare. 5. 7.
Indumentum. 2. 11.
Inebriare. 2. 4.
Inferior. 4. 6.
Infernus. ibid.
Infirmitas. 6. 6.
Inhabitabilis. 8. 1.
Iniuſté. 4. 3.
In me. 1. 4.—2. 1.
Iniquitas. 4. 3. 7.
Innocens. 3. 11.—4. 3.
Innovare. 4. 13.
Inſenſatum. 5. 8.
Inſons. 3. 11.
Inſpirare. 1. 4.
Inſulſum. 5. 9.
Integer. 5. 3.
Intelligere. 5. 8.
Interficere. 1. 5.
Internecio. ibid.
Intra. 1. 4.—2. 1.
Interneſcús. 2. 1.
Intueri. 3. 7.
Invicem. 3. 13.
Invidm. 5. 2.
Ipſe. 1. 3.—4. 4.
Iracundia. 2. 4.
Ire. 5. 2.
Non Ire. ibid.
Iter. ibid.
Iudex. 5. 1.
Iudicium. 3. 11.
Iumentum. 1. 2.
Iurare. 5. 6.
Iuſtè 3. 11.
Iuſtitia. ibid.

L

Labium. 3. 3.—7. 3.
Lac 5. 4.
Lachrymatio. 2. 7.
Lactare. 5. 4.
Lætitia. ibid.
Lambere. 4. 11.
Lapidare. 3. 10.
Lapis tacens 6. 7.
Latere. 2. 1.
Latro. 8 8.
Liberi. 2. 2. 5.
Libertas. 8. 4.
Ligna. 2. 6.
Lingua. 3. 3.—4. 10.
Locus. 3. 12.
Longitudo dierum. 3. 8.
Loquela. 7. 3.
Loqui. 3. 3.—5. 6.
Non poſſe loqui. 6. 7.
Lucere. 5. 11.
Lucerna fulgoris. ibid.
Lucidum. ibid.
Luctus. 2. 7.
Lugere. ibid.
Lumbus. 3. 5.
Lumen. 6. 9.
Lux. 5. 11.
Lux vera. ibid.
Non in luce. 6. 9.

M

Macula. 5. 3.
Magnum. 8. 3.
Malé. 4. 5.
Malum 4. 3.—5. 5.
In Malum. 4. 12.
Non in Malum. ibid.
Non Malum. ibid.
Malus. ibid. & 6. 3.
Mandare. 6. 1.
Manducare. 2. 10.
Manere. 2. 1. 3. 12. 13. 5. 4
Manus. 3. 5.
Manus Dei. 3. 6.
Manus hominis. ib.
Mare. 1. 2.—3. 12.
Mater filiorum. 7. 1.
Ad Me. 2. 1.
In Me. ibid.
Mecum. 3. 13.
Medicamen. 6. 6.
Mel. 4. 11.
Membrum. 1. 5.
Memor. 3. 7.
Memoria. ibid.
Mendacium. 5. 6.
Mens. 4 7.
Menſis. 3. 8.
Mentiri. 5. 6.
Mercenarius 3. 9.—8. 8.
Merces. 3. 9.
Miniſterium. 6. 5.
Miniſtrare. ibid.
Miſereri. 3. 14.
Miſericordia. ibid.
Miſericors. ibid.
Modicus. 8. 3.
Mœror. 4 5.
Mordere. 3. 3.
Mori. 1. 5.—4. 7.
Mortale. 1. 5.
Mortuus. 7. 2.
Mulier. 1. 6.—7. 1.
Multi. 8. 3.
Multiplicare. 2. 3.
Multitudo. 8. 3.
Multus ibid.
Mundare. 6. 6.
Mundus. 4. 1.
Mutare. 6. 2.
Mutari. ibid.
Mutuó. 3. 13.
Mutus. 6. 7.

N

Narrantes 5. 6.
Naſci. 7. 1.—8. 7.
Natare. 3. 5.
Negare. 5. 6.
Nemo. 4. 8.
Nequam. 4. 3.
Nihil. 1. 1. 3.—2. 1.
Novale. 4. 13.
Novum. ibid.
Nox 6. 9.
Nubes. 4. 10.
Nubes aeris. ibid.
Nubes cœlorum. 4. 10.
Nudus. 2. 11.
Non Nudus. ibid.
Nullus. 4. 8.
Nunc. 8. 12.
Nunquam. 4. 13.
Nunciare. 5. 7.
Nuncius 6. 5.

O

Obedire. 1. 6.
Oblivio. 3. 7.
Obliviſci. ibid.
Obmuteſcere. 6. 7.
Obſcurari. 6. 9.
Obſervare. 4. 2.
Obumbrare. 8. 13.
Occidere. 3. 10.
Non Occidi. 1. 5.
Oculus 2. 9.—3. 2. 4. 3.
Oculus videns. 3. 2.
Oculorum viſio. ib.
Odium. 4. 12.
Omnes. 3. 12.
Omnia. 1. 3.—5. 7.
Operari. 1. 3.
Opprobrium. 6. 11.
Opus. 1. 3.—4. 2. 13.
Opus perfectum. 5. 3.
Orare. 7. 3.
Oratio. ibid.
Oriri. 5. 11.
Ornamentum. 2. 11.
Ornare. ibid.
Ortus. 8. 7.
Ore loqui. 3. 5.
Os. ibid.
Os aperire. ibid.
Os non aperire. 6. 7.
Oſculum. 5. 3.
Oſſa. 2. 11.
Oſtendere. 5. 7.
Ovile. 7. 1.

P

Panis. 2. 10.
Parcere. 3. 10.
Non Parcere. ibid.
Parere. 2. 2.
Non Parere. ibid.
Tempus Pariendi. ibid.
Pariter. 3. 12.
Parturire. 2. 2.
Parvus. 8. 3.
Paſcere. 8. 8.
Paſsibilis. 1. 5.
Paſſus. ibid.
Paſtor 8. 8.
Non Paſtor. ibid.
Pater. 2. 5.—7. 1.
Pati. 1. 5. 4. 5.
Patiens. 3 14.
Pavere. 4. 8.
Pax. 8. 6.
Peccare. 4. 7.
Peccans. ibid.
Peccator. 4. 3. 7.
Peccatum. 4. 7.

Abſque

Voces Tautologicæ.

Abſque Peccato. 3. 11.
Peccatum voluntariū 4. 7
Pecora 1. 2.
Pecudes. ibid.
Pecunia. 3. 9.
Pellis. 2. 11.
Penna. 1. 2.
Pennata. ibid.
Per. 1. 3.
Percutere. 3. 10.
Peregrinus. 2. 8.
Perfectum. 5. 3.
Pergere 5 2.
Permanere. 5. 5.
Perpetuum. 8. 10.
Pes. 2. 1. 5.
Non Piger. 7. 9.
Piſcis. 1. 2.
Piſces fluminis. 1. 2.
Planctus 2. 7.
Plantare. 7. 10.
Plenitudo. 5. 3.
Plorare. 2. 7.
Plurimum. 3. 8.
Pluvia. 4 10.
Pluvia imbris ibid.
Populus. 2. 8.
Poſitus 4. 13.
Poſſe. 5. 1.
Poſt 3. 12.
Potens. 5. 1.
Poteſtas. 1 6.
Pravitas. 4. 3.
Præbere dorſum. 5. 5.
Præcedere. 6. 9.
Præceptum. 4. 2.—6. 1.
Præcipere 4. 2.—6. 1.
Prædicare. 6. 8.
Præeſſe. 1. 2.—5. 1.
Præſides. 5. 1.
Præſtolans. 7. 5.
Præter 4. 4.
Prævaricans. 4. 3. 7.
Prævaricari. 4. 7.
Prævaricatio. ibid.
Pretioſum. 6. 3.
Pretium. ibid.
Primogenita 5. 3.
Primus. 3. 8.
Principium. ibid.
Proficiſci. 3 12.
Prophetæ. 6 5.
Propitiari. 3. 14.
Propius 2 5.—8. 8.
Prudentia. 5. 9.
Pſallere. 7. 3.
Pulchrum. 5. 3.

R

Radix. 4. 6.
Rapere. 8. 8.
Recedere. 5. 2.
Recordari. 3. 7.
Rectum. 3. 11.
Reddens. 8. 2.
Regnare. 5. 1.
Regnum. ibid.
Relinquere. 5. 2.
Repellere. 4. 12.
Repetere. 5. 6.
Reptilia. 1. 2.
Reſpicere. 3. 2. 7. 13.
Reſpondere. 6. 7.
Non Reſpondere. ibid.
Reſurrectio. 7. 2.
Reſurrectio vitæ. ibid.
Retribuere. 8 2.
Retrorſúm 5. 5.
Revertere. 5. 2.
Reverti. ibid.
Reviviſcere. 1. 4.
Rex. 5. 1.
Rota 4. 11.
Ruere. 4. 9.
Rugire. 2. 4.

S

Saccus. 3. 5.
Sacerdos. 2. 6.
Sal. 5. 9.
Saliri. ibid.
Salvatores. 5. 1.
Sanare. 6. 6.
Sanus. 1. 4.
Sapientia 6. 9.
Scientia. ibid.
Scientia vera 5. 9.
Scire. ibid.
Scindere. 6. 4.
Scopa. 6. 6.
Scribere. 2. 4.
Scripſi. 5. 6.
Scrutinium. 7. 7.
Secum. 2. 1.
Secundò. 3. 6.
Sedere. 7. 6.
Sedere in tenebris. 6. 9.
Sedes 7. 6.
Seducere. 6. 2.
Seduci. ibid.
Semel. 5. 6.
Semen. 6. 8.
Seminare. ibid.
Ad Seminandum. 6. 8.
Semetipſe. 2. 1.
Apud Semetipſum. ibid.
Seneſcere. 3. 8.
Separatio. 2 8.
Sermo. 5. 7.—6. 8.
Servare. 8. 2.
Servire. 2. 12.
Servitus ibid.
Servus. ibid.
Sibimet 2. 1.
Siccari. 1. 1.
Siccum. 4. 13.
Sidus. 2. 6.
Silere. 6. 7.
Similis. 1. 5.
Sol. 5. 11.
Sola. 4. 8.
Solicitudo. 7. 9.
Solitudo. 8. 1.
Solus. 4. 4. 8.
Non Solus 4. 8.
Somnus. 7. 2.
Sonare. 7. 3.
Soporari. 7. 2.
Soror. 7 1.
Sors. 8. 9.
Spernere 6. 11.
Spes. 7. 5.
Spiraculum. 1. 4.
Spiritus. ibid.
Spiritus vitæ. ibid.
Spiritus vivificans. ibid.
Splendens. 5 11.
Splendida lux. ibid.
Splendor. ibid.
Sponſa. 8. 11.
Sponſus. ibid.
Statera. 4. 3.
Statura. 8. 3.
Stella. 2. 6.
Sterilis. 2. 2.
Stillare. 4. 10.
Stultitia. 5. 8.
Stultus. ibid.
Sub. 1. 6.—4. 6.
Subdere. 1. 6.
Subiacere. ibid.
Subiectum. ibid.
Sublimatus. 4. 6.
Sublime. ibid.
Subſannatio. 6. 11.
Subter. 4. 6.
Non Subter. ibid.
Subtus. ibid
Succidi. 4. 7.
Suffoſsio. 6. 10.
Sum. 3. 6.
Super. 4. 6.
Superbia. 6. 11.
Supplantatio. 8. 6.
Suprá. 4 6.
Non Suprá ibid.
Surgere 7. 2.
Surſùm. 4 6.
Suſcitare. 7. 2.
Suſpicere 3. 2.
Suum. 1. 3.—2.
Syriacè. 6. 8.
Syrus ſermo. ibid.

T

Tacere. 5. 6.—6. 7.
Taurus. 7. 1.
Tecum. 4 8.
Tenebræ 6. 9.
Tenebrarum pars. 5. 11.
Tenebreſcere. 2. 9.
Tenere. 3. 5.
Tentatio. 4 5.
Tentator. ibid.
Tepipus. 6. 3.
Terga vertere. 4. 9. 5. 5.
Terra. 1. 1.—2. 6.—8. 1.
Terra aliena. 2. 8.
De Terra. 2. 6.
Super Terram. 1. 5.
Terrenus. 2. 6.
Teſtis. 5. 6.
Timor. 4. 8.
Tondere. 4. 1.
Torqueri. 4. 5.
Tota. 5 3.
Tradere. 6. 10.
Tranſgredi. 4. 7.
Trepidare 4. 8.
Tuum. 1. 3.

V

Vacuum. 1. 1.
Vadere. 5. 2.
Vbera. 5. 4.
Velare. 2. 9.
Venire. 7 9.—8. 12.
Ventura. 5. 7.
Venturus. 7. 9.
Ventilare. 6. 6.
Verbum. 3. 3.—5. 6. 8.
Verè. 7. 2.
Veritas. 5. 6.
Non Veritas. ibid.
Vertere. 4. 9.
Verus. 8. 5.
Veſci. 2. 10.
Veſtimentum. 2. 11.
Abſque Veſtitu. ib.
Vexari. 4. 5.
Via. 5. 2.
In Via. 5. 2.
Non in Via. 5. 2.
Videre 3. 2. 7.
Non Videre. 2. 9.
Vidua. 1. 6.
Vinci. 4. 9.
Vindicta. 8. 2.
Vinum 2. 4
Violenter. 8. 8.
Vir 4. 1.—5. 3.
Virgo. 2. 2 6.
Viſio oculorum. 3. 2.
Viſitare. 3. 7.
Vita 1. 4.
Vita vivens. ibid.
Vivere. 1. 4.—1. 5.
Non Vivere. 1. 5.
Vivificans. 1. 4.
Vivus. 1. 4.—4. 4.
Vleiſci. 8. 2.
Vmbra. 8. 12.
Vna. 5. 3.
Vnguentum. 8. 5.
Vnigenitus. 2. 5.
Vnquam. 3. 12.
Vnus. 5. 3.
Vocare. 6. 5.
Vociferari. 7. 3.
Volatile. 1. 2.
Volubile. 4. 11.
Volucres. 1. 2.
Voluntarium. 4. 7.
Vox. 4. 4.—7. 3.
Vox loquentis. 7. 3.
Vrere. 3. 4.
Vterus. 2. 2.
Ex Vtero. 3. 1.
Vulnerare. 3. 10.

Z

Zelus. 2. 4.

PARATA

PARATITLA DIDASCALIARUM TOMI PRIMI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Terra erat inanis, & vacua. Fol. 1.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.	*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*
1. *Terra nihil, & nihil.* Nihil erat, quia nihilo erat.	DIDASC. 1. *Quid prodeſt eſſe, quod eſſe non prodeſt?* Fol. 18.
2. *Erat nihil, & otioſa*: quia otioſum nihil.	DIDASC. 2. *Eſſe omninò non videtur, qui nihil agit.* Fol. 23.
3. *Nihil, & nihil erat.* Si divitiæ nihilo, quid divitiæ?	DIDASC. 3. *Nihil, & inutile paria.* Fol. 27.
4. *Terra vacua* omnibus *erat.* Licèt omnia haberet; eſſet nihil & vacua, ſi terra omnia.	DIDASC. 4. *Omnia humana brevia, & caduca.* Fol. 33.
5. *Erat* ſine floribus *incompta & nuda.* Erat abſque veſtitu: & ſine veſtitu nihil erat.	DIDASC. 5. *O quantum eſt in rebus inane!* Fol. 37.
6. Pauper & *inviſibilis erat.* Sufficit pauper, ut ſit inviſibilis.	DIDASC. 6. *Probitas laudatur, & alget.* Fol. 42.
7. *Vacua, & vacua terra.* Quæritur in vacuitate ſolidum, & illud vacuum.	DIDASC. 7. *Eſt aliquid quò tendis, & in quo dirigis arcum?* Fol. 47.
8. Cœlo & terra creatis, terra dicitur *vacua.* Cœlo creato, & meritò dicitur.	DIDASC. 8. *Omnia anguſta eſſe versùs Deum.* Fol. 51.
9. Inculta ſolummodò erat; & vocatur *incondita*, quia ſine cultu.	DIDASC. 9. *Deficit in Dei obſequio, qui non proficit.* Fol. 55.
10. *Infructuoſa erat*, ſed colenda. *Inutilis* infamatur. Si nota reparanda, non inutilis.	DIDASC. 10. *Quod tegitur, maius creditur eſſe malum.* Fol. 59.
11. *Vacua erat* & plena, ſed tenebris: & cum tenebris *inanis & vacua.*	DIDASC. 11. *Sapientia non eſt in literis.* Fol. 64.
12. *Vacua* intumuit, & *inviſibilis* fuit: viſibilis apparuit, ſed apparuit arida.	DIDASC. 12. *Mali caput ſuperbia, & caput malum.* Fol. 70.
13. *Diſſoluta & vacua erat.* Liquidò infertur, ſi *vacua*, ergo *diſſoluta.*	DIDASC. 13. *Cauſa multis moriendi fuit, morbum ſuum noſſe.* Fol. 75.
14. *Deſolata & vacua erat.* Ad quid igitur additur, deſolata?	DIDASC. 14. *Dat cenſus honores.* Fol. 80.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs, &c. Fol. 85.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.	*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*
1. *Faciamus.* Nec facilius verbum, nec difficilius.	DIDASC. 1. *De nihilo creata creatura levis eſt.* Fol. 97.
2. *Hominem.* Ingratus prænoſcitur; ſed quia ingratus.	DIDASC. 2. *Operis concipitur amor.* Fol. 102.
3. *Ad imaginem, & præſit.* Turpiter regimen, ni regat imago.	DIDASC. 3. *Prinpces non debet dominari, ſed ratio.* Fol. 107.

4. Ut

4. *Ut præſit.* Quia non præfuit, illicò corruit.	DIDASC. 4. *Nihil cavendum, niſi cùm ſubeſt ratio.* Fol. 111.
5. *Hominem, ut præſit.* Ratio præſidis præſupponitur, ſed non exprimitur.	DIDASC. 5. *In præcepto ſubditis potiſsima ratio: iubeo.* Fol. 117.
6. *Hominem, ut præſit.* Dignitas quippe ſupereminet homine.	DIDASC. 6. *Nemo ſeipſo maior, aut minor eſt.* Fol. 122.
7. *Piſcibus maris.* Ne confundat miniſteria.	DIDASC. 7. *Principis error multos involuit.* Fol. 127.
8. *Volatilibus cœli.* Ut omnibus eſſet omnia.	DIDASC. 8. *Sciat Prælatus, multorum ſervire moribus.* Fol. 132.
9. *Et beſtijs.* In patria: lucidiſsimum imperium, etſi beſtiarum.	DIDASC. 9. *Felix, quem ſua terra tenet.* Fol. 135.
10. *Et beſtijs.* Nec quia propiores Principi, liberantur ab onere.	DIDASC. 10. *Et Iovi & fulmini propior Aquila Iovis.* Fol. 141.
11. *Omnique reptili.* Etſi venena ſubdita, venena.	DIDASC. 11. *Immedicabile vulnus enſe recidendum.* Fol. 146.
12. *Quod movetur.* Præſit homo, ne moveatur.	DIDASC. 12. *Aſperius nihil eſt humili, cùm ſurgit in altum.* Fol. 152.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Complevit Deus die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat & requievit. Fol. 158.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.	*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*
1. *Opus completum*: verùm Amori minimè conſummatum.	DIDASC. 1. *Amor modum neſcit.* Fol. 169.
2. *Opus ſuum*: proprium, quia peregrinum.	DIDASC. 2. *Fructus amoris uſus.* Fol. 175.
3. *Opus ſuum*: & perfectè, ſiquidem rationalis creaturæ.	DIDASC. 3. *Non poteſt parvo res magna conſtare.* Fol. 179.
4. *Opus ſuum.* Ex ſe factum: at potiùs per ſe perfectum.	DIDASC. 4. *Quid erit, quid debeat, quid poſſit non reſpicit ius amoris.* Fol. 186.
5. *Opus ſuum.* Si non ſuum, quale opus?	DIDASC. 5. *Qui aliquo auxilio ſuſtinetur, poteſt cadere.* Fol. 192.
6. *Opus ſuum*: videlicèt hominem: & quievit?	DIDASC. 6. *Formatio hominis opus ſingulare Dei.* Fol. 197.
7. *Requievit*, habens cui peccata dimitteret.	DIDASC. 7. *Clementia potiſsima dos in Principe.* Fol. 203.
8. *Die ſeptimo.* Laborans propter hominem, quieſcit.	DIDASC. 8. *Amor non accipit de difficultate ſolatium.* Fol. 207.
9. *Opus quod fecit*: & quod aliquando reformando perficeret.	DIDASC. 9. *Incarnatio Verbi Dei inuſitatum opus.* Fol. 212.
10. *Complevit, quod fecerat*; quia ampliora in poſterum reſervabat.	DIDASC. 10. *Dei nullum opus imperfectum.* Fol. 216.
11. *Fecit*, poſtque perficitur homo. Suſpecta ſæpè formatio ex nihilo.	DIDASC. 11. *Omnia ſubita miramur.* Fol. 221.
12. Faciendo operosè *Requievit.* Deſijt igitur opus in Virginis formatione.	DIDASC. 12. *Requies Dei Virgo-Mater eſt.* Fol. 227.

TAU-

Paratitla Didaſcaliarum.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem eius ſpiraculum vitæ & factus eſt homo in animam viventem.
Fol. 237.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Formavit igitur Deus hominem.* Si homo bonus, igitur formavit Deus.
2. *Deus hominem.* Claret ſtudium in mirabili opificio: aliquando Deus homo.
3. *Deus hominem.* Accedit Auctor operi; verùm opus recedit ab opifice.
4. *Deus hominem de limo.* Mirum, quòd in limo Deum verum dignoſcat homo.
5. *Deus hominem de limo.* Et innoteſcit in luto?
6. *De limo.* Mirifica ſtructio! Si frangitur poſsibilis eſt converſio.
7. *De limo.* Et inflaris? Limus profectò, etſi lævis.
8. *De limo terræ.* Eſtò terra puriſsima, non terra?
9. *De limo terræ.* Virginis gloria, quòd de terra, puriſsima.
10. *Et inſpiravit*, ut fieret homo. Haud ſanè homo ſine Dei ſpiraculo.
11. *Et reſpiravit.* Invenit igitur in quo ſuſpirando requieſceret.
12. *In faciem eius.* Vocatio externa: plerunque ſuaviùs & fortiùs inſpirat in corda.
13. *Spiraculum, Flatum vitæ.* Siquidem hominis vita leviſsimus flatus.
14. *Spiraculum vitæ.* Quid ſi vita ſine vitæ ſpiraculo?
15. *Et factus eſt homo.* Micat ratio, ergo iam homo.
16. *In animam viventem.* Vivens abſdubie, ni vixerit inſenſatè.
17. *In animam viventem*; vivificante gratia, quæ vita vitæ.
18. *In animam viventem*, dignitate: igitur vita haud vivitur deploſo honore.
19. *In animam viventem.* Præſtringitur vita Religioſa, quæ caret vita.
20. *In animam viventem.* Ergo eligatur vita, qua vivat anima.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Homo ſpeculum Deitatis.* Fol. 257.

DIDASC. 2. *Nulla via invia Amori.* Fol. 262.

DIDASC. 3. *Quidlibet audet Amor.* Fol. 267.

DIDASC. 4. *Dum caro videtur, videtur & Verbum.* Fol. 273.

DIDASC. 5. *Verbi incarnati miſeria ſunt mundi deliciæ.* Fol. 279.

DIDASC. 6. *Pœnitentia virtus facit infecta de factis.* Fol. 283.

DIDASC. 7. *Quàm contempta res eſt homo, niſi ſupra humana ſe erexerit!* Fol. 287.

DIDASC. 8. *Plus homo habet non entis, quàm entis.* Fol. 292.

DIDASC. 9. *In purificatione fons luminis Virgo Mater.* Fol. 296.

DIDASC. 10. *Homo nihil ſine Deo.* Fol. 301.

DIDASC. 11. *Homo Dei ſimulacbrum dignum imperio.* Fol. 306.

DIDASC. 12. *Aliquando Deus operibus admonet.* Fol. 309.

DIDASC. 13. *Punctum eſt, quod vivimus, & adhuc puncto minus.* Fol. 314.

DIDASC. 14. *Muſice in utero genitricis prognoſticũ eſt eximiæ Benedicti ſanctitatis.* 317.

DIDASC. 15. *Rudis ornatu vita caret.* Fol. 326.

DIDASC. 16. *Quid eſt beata vita? Perpetua.* Fol. 329.

DIDASC. 17. *Vita animæ Spiritus-Sanctus.* Fol. 333.

DIDASC. 18. *Non eſt res magis moleſta, quàm vita ſine honore.* Fol. 336.

DIDASC. 19. *Maxima vitæ iactura dilatio eſt.* 339.

DIDASC. 20. *Quàm ſerum eſt, tunc vivere incipere, cùm deſinendum eſt mori.* Fol. 343.

TAU-

Paratitla Didaſcaliarum.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Morte Morieris. Fol. 349.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Morte morieris*; quia neſcies quando morieris.
2. *Morte morieris.* Mors mortis iudicium eſt: ignorabis & quale.
3. *Morte morieris*: quippè peccabis, & non vives ſine vita pœnitudinis.
4. *Morte morieris.* Proh dolor! & in vita, quod durius.
5. *Morte morieris.* Poſectò ſi in morte moreris.
6. *Morte morieris*; quoniam miſerrimè vives.
7. *Morte morieris*; & vivificaberis morte.
8. *Morte morieris*, qui vivere poteras immortalis.
9. *Morte morieris* in vita, ſiquidem exul à patria.
10. *Morte morieris*, & morieris ſine morte.
11. *Morte morieris.* Felix culpa! Inſtrumento quo moreris, vitam invenies.
12. *Morte morieris.* Aliquando mors vitalis.
13. *Morte morieris.* Verùm erit mors mors mortis.
14. *Morieris mori.* Morieris proculdubio, ni moriaris.
15. *Morieris mori*, quia ad pœnam: alij morientes morientur ad vitam.
16. *Morieris mori.* Morieris homo: at vel in morte neutiquàm morietur Virgo.
17. *Morieris mori.* Heu! Papæ. Reflorebit caro.
18. *Mortalis eris*, patiens: attamen patieris, quaſi non patiaris.
19. *Mortalis eris.* Verùmtamen paſsione videberis immortalis.
20. *Mortalis eris* corpore: ſed gloria mortis apparebit vel in carne.
21. *Mereberis mori.* Non morieris, quia merebaris; verùm graviùs non moriendo morieris.
22. *Mereberis mori.* Confitere, ne moriaris.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Maximum vivendi impedimentum eſt expectatio.* Fol. 361.

DIDASC. 2. *In morte fit tantò timor acrior, quantò & retributio æterna vicinior.* F. 366.

DIDASC. 3. *Vera mors eorum, qui ſine pœnitentia abeunt.* Fol. 370.

DIDASC. 4. *Pœna ſibi omnis inordinatus animus.* Fol. 376.

DIDASC. 5. *Quàm pulchra res eſt, conſummare vitam ante mortem.* Fol. 380.

DIDASC. 6. *Morte mori melius, quàm vitam ducere mortis.* Fol. 384.

DIDASC. 7. *Antidotum primæ noxæ Sacramentum Euchariſtiæ.* Fol. 388.

DIDASC. 8. *Bona, quàm ſint bona ſcire, niſi malorum cognitione non poſſumus.* Fol. 394.

DIDASC. 9. *Laborum non aliud ſupra, quàm terrà patrià privari.* Fol. 397.

DIDASC. 10. *Virgo Mater iuxta filij crucem pluſquàm martyr.* Fol. 404.

DIDASC. 11. *Crux nobis totius cauſa beatitudinis eſt.* Fol. 409.

DIDASC. 12. *Sepulchrum Virginis non admiſit interitum.* Fol. 413.

DIDASC. 13. *Mors morte pianda.* Fol. 417.

DIDASC. 14. *Non eſt bonitas, peſsimis eſſe meliorem.* Fol. 422.

DIDASC. 15. *Mors Chriſtianis ludus eſt.* Fol. 427.

DIDASC. 16. *Virginis appellabimus mortem ne?* Fol. 430.

DIDASC. 17. *Immortalitas eſt flos reſurectionis.* Fol. 437.

DIDASC. 18. *Martyribus ſola eſt in morte voluptas.* Fol. 443.

DIDASC. 19. *Non quid, ſed quemadmodùm feras, intereſt.* Fol. 447.

DIDASC. 20. *Doctor Gentium Angelus terrenus, homo cœleſtis.* Fol. 452.

DIDASC. 21. *Quotidiæ damnatur, qui ſemper timet.* Fol. 462.

DIDASC. 22. *Melior eſt modica amaritudo in faucibus, quàm æternus cruciatus in viſceribus.* Fol. 467.

TAU-

TAUTOLOGIA SEXTA.

Sub viri poteſtate eris, ipſe dominabitur tui. Fol. 463.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Sub viri poteſtate eris.* Ut ſis potens, eris ſub mariti poteſtate.
2. *Sub viri poteſtate:* quia tibi nulla ſine poteſtate viri.
3. *Sub eris*, amore; non ut fallaci domineris ſervitute.
4. *Sub eris*; ut non ſis ſub.
5. *Sub eris*; ut rectè ſis.
6. *Sub eris*, etiam correctione dilectionis: aliter non vel correcta corrigèris.
7. *Sub viri poteſtate*, & voluntate: quippe tua voluntas in poteſtate voluntatis viri.
8. *Sub viri poteſtate*: ſi vir, dominare: ſi non vir, ut vincas, fuge.
9. *Ipſe dominabitur*; ne qui ſubeſt, dominanti dominetur.
10. *Dominabitur*, & *eris ſub poteſtate*, quippè ſervies ſervitute.
11. *Dominabitur* in poteſtate, qui dignus: indignus vel in poteſtate non dominus.
12. *Dominabitur* iuxta legem: ultra vel potens non habebit poteſtatem.
13. *Dominabitur*, penes amoris ſtudium, ut habeat verè in poteſtate dominium.
14. *Dominabitur* dilectione, potentiore poteſtate.
15. *Dominabitur* qui *præſto tibi*. Si dominus, tibi præſto.
16. *Dominabitur & præſto tibi*: ut ſit præſto, ſubeſto poteſtati.
17. *Dominabitur*. Homo *refugium*, fœminæ. Aliquando fœmina refugium hominum.
18. *Dominabitur*. Si *refugium*, ergo exhibendum obſequium.
19. *Dominabitur tui*, ratione: & potiùs ratione cum gratioſa veritate.
20. *Ipſe Dominabitur tui*. Ipſe tui, ſi tu ipſius: imò gratia favoris, quantunvis iugum velis excutere poteſtatis.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Fœmina multivola, & vaga.* Fol. 496.
DIDASC. 2. *Naſcitur mulier, ut ſerviat.* Fol. 499.
DIDASC. 3. *Fœmina docta ad malitiam.* Fol. 503.
DIDASC. 4. *Ingentis magnitudinis eſt, ſuam cognoſcere parvitatem.* Fol. 507.
DIDASC. 5. *Perfectionis nutrix obedientia perfecta.* Fol. 510.
DIDASC. 6. *Temporibus medicina valet.* Fol. 515.
DIDASC. 7. *Ut placeas, debes immemor eſſe tui.* Fol. 521.
DIDASC. 8. *Intueri non decet, quæ non licet concupiſcere.* Fol. 527.
DIDASC. 9. *Comprimit caro, ni comprimatur.* Fol. 534.
DIDASC. 10. *Fœmina non habet patriam.* Fol. 538.
DIDASC. 11. *Quod non dedit, fortuna non eripit.* Fol. 543.
DIDASC. 12. *Non utendum imperio, ubi legibus agi poteſt.* Fol. 548.
DIDASC. 13. *Ferè idem exitus odij, ac amoris inſani.* Fol. 552.
DIDASC. 14. *Nihil tam regium, nihil tam munificum, quàm poteſtas humanitate comite.* 557.
DIDASC. 15. *Chriſti Aſcenſio noſtra provectio eſt.* Fol. 560.
DIDASC. 16. *Deus omnibus præſto adeſt.* Fol. 564.
DIDASC. 17. *Virgo Maria theſauraria gratiarum.* Fol. 568.
DIDASC. 18. *Non plenè Virginem laudat, qui laudat tantùm.* Fol. 575.
DIDASC. 19. *Amara eſt veritas ſine condimento gratiæ.* Fol. 579.
DIDASC. 20. *Chriſtus naſcitur in lucem Gentium.* Fol. 583.

TAUTOLOGIA PRIMA.

TERRA AUTEM ERAT INANIS ET VACUA. Geneſ. 1. verſ. 2.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 COELO, & terra creatis, futurorum Coſmopœiæ ſummo ſpecimine, antequàm illud floridis pingeretur ſideribus, lucidis iſta præſtaret pulcherrima floribus; priuſquàm flumina vorticibus terras invaderent, & colles celſitudinem verticibus parturirent, antequàm fontes aquarum erumperent, & montes gravi mole conſtarent; priuſquàm lege, & gyro Deus vallaret abyſſos, & circundaret mari terminum ſuum, lata lege, ne tranſiret fines ſuos; antequàm iuſsiſſet (ut canit ex Ovidij, *libr.* 1. *Metam. Fab.* 2. v. 12. Lactant. Firm. *Divinar. inſtit. lib.* 2. *cap.* 15.

—— Extendi campos, ſubſidere valles,
Fronde tegi ſilvas, lapidoſos ſurgere montes:
(Quis modus in toto? Quæ ſumma? In munere cuius
Excelſi convexa poli, terræque iacentes
Pars prima eſt operis: ſed terras texerat æquor,
Aëraque in medio ſordenti nube madentem,
Umbra poli denſis ſurgebat cœca tenebris:
Et ſacer extenſis impendens ſpiritus undis,
Altrices animabat aquas; at ſemina rerum
Nondum compoſitis fundenda ad germina terris
Inſinuanda dabas.

Ovid. Lact. Firmian. Mar. Victor.

Succinit Marius Victor *lib.* 1. *in Geneſ.* v. 50. Accinitque Tertullianus, vel ut doctiores palæophili arbitrantur, Cæcilius Cyprianus in *Deſcript. Geneſ.* v. 1. elegantia venuſtæ hypotipoſeos:

Principio Dominus cœlum, terramque creavit,
Namque erat informis, fluctuque abſcondita tellus,
Immenſuſque Deus ſuper æquora vaſta meabat,
Dum chaos, & nigræ fuſcabant cuncta tenebræ.)

Tertull.

Citiuſquàm appareret arida, librando pondere fontes aquarum, & ex his quicquam faceret à principio; quando Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas, & tenebræ erant ſuper faciem abyſsi; quando denique aquas metiebatur pugillo, cœlos palmo, & molem terræ tribus digitis appendebat; de hac dicitur: *Erat inanis & vacua.*

2 Apud Ethnicos ſtatus hic rerum dicitur *Chaos*: (vide Plutarch. de *Iſid. & Oſirid.*) non quatenus unus erat Naturæ vultus in orbe, vaſta & inculta moles (quo ſenſu etiam à Catholicis iurè dicitur Chaos) ſed quatenus in illo cùm nihil, uti aſtruunt, eſſet creatum; non benè iunctarum erant congeſta ſemina rerum: de quo Nos infr. *num.* 26. Unde Heſiodus in *Theogonia* ait:

Primum quidem omnium Chaos:

Et Silius Italic. *lib.* 11. de *Bell. Punic.*

Namque Chaos, cæcamque quondam ſine ſidere molem,

Geneſ. 1. 2. *Chaos apud Ethnicos quale?* Heſiod. Sil. Italic.